De hymnorum Orphicorum aetate

Dissertatio inauguralis philologica

quam consensu et auctoritate amplissimi philosophorum ordinis in alma litterarum universitate Vratislaviensi ad summos in philosophia honores rite capessendos scripsit

Maximilianus Hauck

Die XII. mensis Iunii a. MCMXI hora XII. et dimidia disseret auctor in Aula Leopoldina
De quibusdam Nonni sectatoribus.
Deinde promotio erit.

Vratislaviae
M. & H. Marcus
MCMXI

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit
Ricardus Foerster.

Dissertatio integra propediem prodibit in commentationum
quae inscribuntur
Breslauer Philologische Abhandlungen
fasciculo 43.

Examen rigorosum habitum est die XXVII mensis Iulii
anni MCMX.

Ricardo Foerster

sacrum

Praefatio.

Aetati hymnorum qui sub Orphei nomine ad nostra saecula pervenerunt investigandae multi viri summa sagacitate et eruditione praediti operam navaverunt, e quibus Hermannum, Lobeckium, Buechsenschuetzium, Petersenum, Dietericum, solos nomino, cum omnes enumerare longum sit. Qui accuratius omnes, qui de his hymnis scripserunt, cognoscere volet, eorum catalogum vel in Buechsenschuetzii dissertatione [1]) vel apud Christianum Petersenum [2]) vel apud O. Gruppium [3]) inveniet.

Variis rationibus hymnorum aetas investigari potest: non solum ex argumento, i. e. e religione et philosophia, quas hymni exhibent, de quibus Petersenus et Dietericus tanta cum diligentia egerunt, ut vix quicquam novi proferri possit, sed etiam e forma, i. e. e re metrica et vocabulorum thesauro, de quibus imprimis Buechsenschuetzius disseruit. Sed cum neque methodus qua hic usus sit severae rationis praeceptis satisfaciat neque quae illi duo viri e recte observatis concluserunt probari queant, e re mihi visum est quaestionem redintegrare.

Ac primum quidem de re metrica hymnorum agam.

Caput I.

De hymnorum re metrica.

Buechsenschuetzius cum in quadam parte dissertationis suae [4]) quaereret, num in hymnis leges metricae, quibus Nonnus in carminibus componendis sese obstrinxit, servatae essent, satis

---

[1]) Buechsenschuetz, De hymnis Orphicis, Berolin. 1851, p. 6 sqq.

[2]) Christ. Petersen in Philolog. XXVII p. 391 sqq.

[3]) O. Gruppe in Roscheri Lexic. mythol. s. v. Orpheus col. 1150 sqq.

[4]) De hymn. Orph. p. 13—15.

habuit nonnullas graviores offensiones in illas regulas commissas commemorasse. Imprimis enim perscrutatus est caesuram trochaicam in quarto pede admissam, quam in hymnis raro legi affirmat, et hiatum excusatione carentem, quem nullo loco invenit, et correptiones Atticas vocalium ante mutam cum liquida, quae in mediis et in extremis vocabulis frequentes exstant. „Quibus argumentis", ut Buechsenschuetzii ipsius verbis utar, „hymni nostri Nonni carminibus vetustiores esse deberent, atque ita iudicasse Hermannum putaremus, etiamsi eos Argonauticis vetustiores non censuisset". Addamus nonnulla alia argumenta metrica, quae eandem rem videntur comprobare: versus spondiacos, quos Nonnus vehementer repudiat, in hymnis Orphicis circiter mille ducentos versus continentibus triginta unum[1]) invenimus. Numerus autem versuum, qui exitu in Nonni regulas metricas peccant, tantus est, ut singulos enumerare supersedeamus. Versus enim, qui vocabulis proparoxytonis clauduntur, in hymnis exstant 355; qui in exitu vel vocabula trochaica vel verborum formas trochaeo finitas praebent, legimus centum triginta tres. Magnus quoque numerus est spondeorum continuorum. Duos spondeos deinceps positos inveni in centum quinquaginta quattuor[2]), tres spondeos in quadraginta duobus[3]), quattuor in

[1]) 1, 3; 10, 7. 22; 11, 13; 19, 11; 22, 2; 24, 3; 28, 10; 29, 8. 14. 20; 30, 1; 31, 2; 32, 4; 37, 3; 38, 15; 42, 2; 51, 8; 68, 8; 69, 1; 72, 3. 5. 8; 85, 2; imitatione Homeri excusantur 6, 3; 14, 9; 26, 1; 41, 2; 58, 3; 83, 2; 85, 1. Numeri sunt editionis Abelianae.

[2]) Prooem. 2. 8. 13. 15. 19. 23. 26. 39. 40; 2, 3. 5. 8. 13; 4, 4; 5, 3; 6, 7; 8, 2. 3. 4. 10. 18; 10, 8. 9. 15; 11, 19. 20; 12, 11; 13, 4. 6. 10; 14, 10. 11; 15, 5. 8. 11; 16, 4; 17, 3; cod. Thryllitiani (qui complures versus a ceteris codicibus differentes praebet) 1. 4; 18, 4. 7. 14; 19, 3. 14; 22, 1; 23, 8; 24, 6. 10; 25, 3. 8; 26, 10; 27, 4; 28, 7; 29, 7. 8. 9. 18; 30, 7; 31, 1; 32, 3. 10. 16; 33, 1; 34, 9. 15. 26; 35, 3; 37, 1; 38, 18; 39, 7. 10; 40, 1. 2. 4. 5. 6. 7. 13. 17; 41, 8. 10; 42, 7; 43, 11; 44, 10. 11; 47, 1. 3. 5; 49, 6; 50, 5; 51, 8. 15; 52, 11; 53, 7; 54, 9; 55, 7. 22; 57, 1. 2; 58, 9; 62, 6. 10; 63, 2. 9. 12. 14. 15; 64, 1. 7; 66, 4. 12; 67, 2. 4; 68, 5. 11; 69, 2; 70, 3. 7; 71, 4. 12; 72, 6. 7. 10; 73, 6; 74, 4. 5; 75, 2. 5. 6; 76, 4. 5. 8. 10; 77, 1. 2. 3. 5. 7. 9; 78, 6. 7; 79, 2; 80, 6; 81, 4; 82, 1; 83, 4; 84, 5; 85, 2. 3. 6. 10; 86, 8; 87, 5. 6.

[3]) Prooem. 6; 1, 6; 3, 2; 4, 2; 5, 4; 6, 3; 7, 6. 7; 15, 7; 17, 9; 19, 6; 22, 10; 23, 4; 24, 5; 25, 1; 26, 1; 28, 6; 33, 2; 34, 4; 37, 7; 38, 3; 40, 18; 42, 5; 44, 1; 49, 1; 55, 5; 67, 1; 69, 10; 70, 11; 71, 6. 11; 74, 6, 10; 75, 7; 78, 8; 83, 2; 86, 2. 4. 13; 87, 1. 3. 8.

undecim versibus [1]. Artem igitur Nonnianam in hymnis Orphicis neglectam esse et ex iis, quae Buechsenschuetzius attulit et iis, quae ipse observavi, satis apparet: ne unus quidem hymnus exstat, in quo Nonni regulae metricae servatae sint. Sed quoniam hae leges repudiatae sint, hymnos Nonni carminibus vetustiores esse non concedo consentiens cum iis, quae Buechsenschuetzius l. c. de hac re scripsit. Recte enim ille vir doctus censet quaestionibus metricis aetatem horum hymnorum nunquam certo demonstrari posse; necessarium enim non esse auctorem, qui Nonni leges metricas repudiaverit, hac de causa antea vixisse. Nam etsi Nonni auctoritas permagna erat, tamen nihil nos impedit quin putemus non omnes poetas illorum temporum eum secutos esse. Viri enim docti [2], qui de poetis Nonni sectatoribus scripserunt, dilucide demonstraverunt ne eos quidem, qui maxima cum diligentia arte Nonniana usi sunt, velut Paulus Silentiarius, Proclus, alii, omnes regulas, quibus poeta Panopolitanus sese obstrinxerat, observavisse. Ceterorum vero poetarum, qui illum aetate secuti sunt, alii alias leges metricas eius adhibuerunt. Quin etiam quinto p. Chr. n. saeculo poetria vixit, quae Nonni imitationem omnino repudiavit, Eudocia, quae quamquam in versibus recte componendis non excellebat, tamen apud posteros maxima auctoritate usa est. De arte metrica eius A. Ludwichius in editione Eudociae Procli Claudiani [3] optime iudicat, ut verba eius hoc loco repetenda esse censeam:

„Etiam imbecilliorem poetria nostra se praestitit in arte metrica percipienda. Mensuram syllabarum finalium et earum vocalium, quae ancipites vocantur, tantopere neglexit, ut vel Tzetzae levitatem prorsus exaequavisse videatur. Satis habeo

---

[1]) 14, 9; 22, 8; 24, 9; 37, 4; 41, 2; 58, 3. 8; 64, 8; 65, 8; 85, 1; 86, 6.

[2]) Wernicke in edit. Triphiodori; O. Schneider in Philol. XXIII p. 404 sqq. (de Collutho); L. Schwabe, De Musaeo Nonni imitatore, Tub. 1876; Fr. Baumgarten, De Christodoro poeta Thebano, Bonn. 1881; Eugenius Abel edit. Ioannis Gazaei 1882; A. Ludwich in Rossbachii et Westphalii „Metrica Graeca“ ed. III p. 59; Merian-Genast, De Paulo Silentiario Byzantino Nonni sectatore, Lips. 1889; M. Schneider in Philol. N. S. V p. 593 sqq. (De Proclo.).

[3]) Praef. p. 9.

commemorasse pyrrichios κλῦε I 194, ὅρα 260, φθοράν II 46, φασιν 183; spondeos νυκτί I 232, νύκτα 245, στίφη II 34, ἀρχός 50, σαρκός 74, τύπον 125; iambos κακά I 50, δόλον 169, τεά 209, κἀγώ 230, ἐπί II 184, φύσιν 328, τόσα 433; trochaeos εὐνάς I 43, πέμψασ' 172, Δαυίδ 273, μορφάς II 237; dactylos σφρηγῖδα I 192, εἰρύσας II 211, βαλβίδα 214; anapaestos σκόλοπι I 47, γενέτα 65, μενέμεν 85, μέλεα 146, ναμάτων II 57, στέγεϊ 363. In caesura fere nullam licentiam improbavit, ne productionem quidem primae syllabae vocum κατηφιόων I 178, φυτηκομίην II 239, ἐναντίβιον II 313. Neque vero anxie fugit versus legitima caesura carentes (v. ad II 65), nedum eos, qui pedem quartum incisione trochaica deformatum habent . . .[1]) Denique omnis generis hiatuum patientissima fuit".

His observationibus, quae satis ostendunt, quantum Eudocia a Nonnianorum severa arte metrica afuerit, nonnullas alias offensiones in Nonni regulas commissas ex primo libro carminis de morte S. Cypriani compositi addam. Eligo easdem offensiones, quas supra in hymnis nostris protulimus. Versus spondiacos in illo carmine Eudociae 322 versus continente inveni quinque (6. 84. 95. 276. 297). Apud Eudociam quoque numerus spondeorum continuorum et versuum, quorum exitus regulas Nonnianas laedit, maior est, quam ut omnes afferre mihi e re videatur. Quare satis habeo numeros solos adnotasse: spondeos continuos in viginti quinque versibus libri inveni, vocabula trochaica versum claudentia 52, vocabula proparoxytona eandem sedem versus obtinentia 82.

Quibus tantis offensionibus in Nonnianam artem metricam commissis satis superque demonstratur Eudociam huius sectatricem non fuisse. Sin autem poetae illis temporibus illustres, qui magna carmina facere et vestigia Homeri sequi audebant, vel nonnullas vel omnes Nonni regulas aspernati sunt, quis miretur, quod poeta mediocris, cuius ars ad versum recte componendum vix sufficiebat — talem fuisse poetam hymnorum mox [2]) demonstrabo — illas leges respicere noluerit? Quin etiam

---

[1]) Sequuntur numeri versuum, qui haec menda continent.

[2]) De uno, non de pluribus poetis esse cogitandum prima paragrapho capitis quinti p. 55 sq. ostendam.

Buechsenschuetzius contendit poetae hymnorum Orphicorum observationem artis metricae Nonnianae vel fugiendam fuisse. Poeta hymnos Orpheo vati antiquissimo vindicavit: sin autem arte metrica, quae per Nonnum modo pervulgata erat, uti voluisset, unusquisque Orphei nomen hymnis falso datum esse statim intellexisset.

Quibus de causis argumentis metricis de aetate hymnorum nihil demonstratur.

Itaque iam ad vocabulorum thesaurum nos convertamus.

Caput II.

De locis hymnorum ex aliis poetis translatis.

§ 1. Praefatio.

De quibus, ut supra dixi, Buechsenschuetzius ipse egit, sed ita, ut tantum multas voces ex Homero et Hesiodo, nonnullas ex Aeschylo et Pindaro, Manethone et Nonno sumptas adnotaret atque omnia vocabula, quae in hymnis solis exstare censebat, enumeraret. Hanc methodum emendandam et supplendam esse existimo.

Hymni enim Orphici paene centones nominari possunt, in quos singulae voces et hemistichia et toti ipsi versus aliorum poetarum immigraverunt. Ex ipsa igitur serie locorum, quibus poeta Orphicus usus est, aetas hymnorum apparebit.

§ 2. De vocabulis Homericis.

Incipiam ab Homero; neque superfluum est afferre, quae poeta Orphicus ex Homeri carminibus sumpserit, quamquam Buechsenschuetzius ipse in dissertatione sua [1]) de hac re disseruit; nam ille ut non pauca attulit, quae ex Homero in hymnos Orphicos translata sunt, ita permulta praetermisit. Quae vero ille commemoravit repetere, cum satis multa sint, mihi non e re videtur; itaque ea sola proferam quae illum fugerunt.

[1]) De hymn. Orph. p. 19—23.

A. Ex Iliade sumpta sunt:

4, 3 σφαιρηδὸν ἑλισσόμενος περὶ γαῖαν = N 204 σφαιρηδὸν ἑλιξάμενος δι' ὁμίλου.

6, 2 ἀγαλλόμενον πτερύγεσσι = B 462.

8, 19 μάστιγι λιγυρῇ τετράορον ἅρμα διώκων = Λ 532 μάστιγι λιγυρῇ (initio versus); cf. ν 81 τετράοροι ἄρσενες ἵπποι.

9, 2 ἠεροφοῖτι (de Luna dictum) apud Homerum I 571; T 87 Furiam significat.

9, 10 τανύπεπλ', ἑλικοδρόμε: vox τανύπεπλος apud Homerum usitatissima est; cf. Σ 385; 424.

15, 5 ὁπόσ' οὐρανὸς ἐντὸς ἐέργει = Ω 544 ὅσον Λέσβος . . . ἐντὸς ἐέργει.

17, 3 (codicis Thryllit.)[1]) ἐπ' Οὐλύμποιο καρήνων = Α 44 κατ' Οὐλύμποιο καρήνων.

19, 14 ὅτ' ἂν κτύπος οὔας ἐσέλθῃ = K 535 ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει.

25, 4 et 30, 6 πολύβουλε (epithetum Protei et Bacchi = E 260 πολύβουλος Ἀθήνη.

27, 14 ἔρχεο γηθόσυνος = Δ 272 παρῴχετο γηθόσυνος κῆρ.

31, 4 κοσμήτορες (epithetum Curetum) = A 16 κοσμήτορε λαῶν.

36, 15 καλλιπλόκαμόν θ' Ὑγίειαν: καλλιπλόκαμος apud Homerum identidem epithetum et dearum et mulierum mortalium est; cf. Σ 407.

37, 1 ἀγλαὰ τέκνα = B 871.

38, 10 μαρμαίροντες ὅπλοις = N 801 χαλκῷ μαρμαίροντες.

42, 8 πυροφόροις πεδίοις ἐπαγάλλεαι = Φ 602 πεδίοιο . . . πυροφόροιο.

43, 3 εἰαριναὶ (de Horis dictum) = B 471 ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ.

44, 2 βαθύκολπον (epithetum Semelae; 60, 2 Eurynomae) = Σ 122 Δαρδανίδων βαθυκόλπων; Ω 215 Τρωιάδων βαθυκόλπων.

47, 6 γεγηθυίαις πραπίδεσσιν = A 608 ἰδυίαις πραπίδεσσιν.

48, 4 Τμῶλον ἐς ἠγάθεον = B 722 Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ; β 308 ἐς Πύλον ἠγάθεον.

48, 4 παρά θ' Ἵππαν καλλιπάρηον: frequens apud Homerum epithetum dearum et mulierum; cf. O 87.

---

[1]) De quo cf. p. 2 not. 2.

48, 5 *βασιλεύτατε πάντων* = *I* 69 *σὺ γὰρ βασιλεύτατός ἐσσι.*

51, 3 *πολυγηθεῖς* (Nympharum epithetum) = *Φ* 450 *πολυγηθέες Ὧραι.*

61, 10 (et 68, 11) *μύσταις ἐπιτάρροθος αἰεί* = *E* 828 *ἐπιτάρροθός εἰμι*; *Y* 453 *ἐπιτάρροθός ἐστιν.*

61, 12 *γνώμας . . . ἀλλοπροσάλλας*; (63, 6 *ὅσσοι μὴ τὸ σὸν ἦλθον ὑπὸ ζυγὸν ἀλλοπρόσαλλοι*): *ἀλλοπρόσαλλος* apud Homerum Martis epithetum est; cf. *E* 831.

65, 1 *ὄβριμε δαῖμον* (Martis epithetum) = *N* 444 *ὄβριμος Ἄρης.*

67, 3 *ἠπιόδωρε* (de Aesculapio dictum) = *Z* 251 *ἠπιόδωρος . . . μήτηρ.*

73, 7 *πολύστονα κήδε᾽ ἐλάσσας* = *A* 445 *πολύστονα κήδε᾽ ἐφῆκε.*

76, 1 *Ζηνὸς ἐριγδούποιο* = *M* 235.

81, 3 *εἰαριναὶ* (scil. *αὖραι Ζεφυρίτιδες*) = *Θ* 307 *νοτίῃσί τε εἰαρινῇσιν.*

82, 2 *ἔνθα καὶ ἔνθα* (versum claudens) = *Ψ* 164; *ζ* 11.

83, 4 *ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα* translatum est ex *Φ* 196.

85, 1 *Ὕπνε, ἄναξ μακάρων πάντων θνητῶν τ᾽ ἀνθρώπων* = *Ξ* 233 *Ὕπνε, ἄναξ πάντων τε θεῶν πάντων τ᾽ ἀνθρώπων.*

88, 2 *χαλκοκορυστά* (epithetum Martis versum claudens) = *E* 699 *Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ*; *Z* 199 *Σαρπηδόνα χαλκοκορυστήν.*

88, 5 *ἀντιβίοισι τύραννε* = *A* 304 *ἀντιβίοισιν ἔπεσσιν.*

88, 14 *ὅς μ᾽ ἐρέθησιν* = *A* 519 *ὅταν μ᾽ ἐρέθησιν.*

88, 15 *φυλόπιδος κρυερῆς ἐπιβαινέμεν* = *Σ* 242 *φυλόπιδος κρατερῆς.*

B. Cum Odyssea congruunt:

In prooem. 29 *ἀγλαὸν ὕδωρ* = *γ* 429.

2, 2 *ὠδίνων ἐπαρωγέ* (11, 7 *φαντασιῶν ἐπαρωγέ*) = *λ* 498 *οὐ γὰρ ἐγὼν ἐπαρωγός* (omnia in exitu versuum).

4, 1 *κόσμου μένος αἰὲν ἀτειρές* et 5, 1 *ἔχων μένος αἰὲν ἀτειρές* = *λ* 270 *υἱὸς μένος αἰὲν ἀτειρές.*

10, 5 *παλαίφατε* = *τ* 163 *δρυὸς παλαιφάτου.*

10, 17 *πίειρα* (Naturae epithetum) = *β* 328 *πίειραν ἄρουραν.*

10, 21 *περίφρων*: vocabulum apud Homerum praecipue de Penelopa dictum; cf. *α* 329; *δ* 808.

11, 14 τὸ βαθύρροον ὕδωρ = λ 13 βαθυρρόου Ὠκεάνοιο.

11, 6 φιλοπαίγμονι μολπῇ = ψ 134 φιλοπαίγμονος ὀρχηθμοῖο.

15, 2 (codicis Thryllit.)[1]) αἴσιμα πάντα = η 310 αἴσιμα πάντα (utrumque in exitu versus).

19, 2 στεροπῆς παννπέρτατον αἴγλην = δ 45 ἠελίου αἴγλης; ζ 45 λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

21, 2 (cf. 37, 6 et 78, 2) κατὰ κόσμον = creberrimum apud Homerum (cf. Ebeling, Lex. Hom. s. v.).

22, 6 νηυσὶν ἀγαλλομένη = ζ 272 νῆες ἧσιν ἀγαλλόμενοι.

22, 9 εὐμενέουσ' ἐπαρήγοις = ν 391 πρόφρασσ' ἐπαρήγοις.

25, 4 et 30, 6 οὐδέ τις ἄλλος (versum claudens) = ι 520.

28, 5 δολίαις ἀπάταις; 71, 4 δολίαις ἀπάτησιν = δ 529 δολίην . . . τέχνην.

32, 14 (et 35, 2 et 41, 9) πολυλλίστη βασίλεια = ε 445 πολύλλιστόν σε ἱκάνω.

42, 10 σὺν ἀμφιπόλοισι τιθήναις = α 362 σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν.

51, 1 μεγακήτεος[2]) Ὠκεάνοιο = γ 158 μεγακήτεα πόντον.

57, 11 θνητῶν ὁδὸν ἡγεμονεύειν = ζ 261 ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω.

60, 8 περικαλλέος ἥβης (in exitu versus): περικαλλής vox apud Homerum usitatissima est; cf. κ 480 περικαλλέος εὐνῆς (versum claudens).

64, 11 φέρων κακότητα βαρεῖαν = κ 71 ἵει κακότητα βαρεῖαν.

65, 3 φόνοις πεπαλαγμένος αἰεί = χ 402 αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον.

74, 9 νηυσὶν ἐπ' εὐσέλμοις: εὔσελμος vel ἐύσσελμος ab Homero identidem cum ναῦς coniungitur, velut β 390; δ 409.

86, 10 ὅπως θεὸς αὐτὸς ἐνίσπη = ρ 529 ἵν' ἀντίον αὐτὸς ἐνίσπῃ.

87, 9 οὔτε γὰρ εὐχῇσιν πείθη μένος οὔτε λιτῇσι = λ 34 εὐχωλῇσι λιτῇσί τε.

---

[1]) Cf. p. 2 not. 2.

[2]) A Wielio restitutum pro μεγαλήτορος.

C. Hymnis Homericis debentur:

In prooem. 6 *Δημήτηρ τ' ἀγλαόκαρπε* = hymn. in Cer. 4 *Δήμητρος χρυσαόρου ἀγλαοκάρπου*. Sed cf. § 4 p. 11.

pr. 43 *κεχαρημένον ἦτορ ἔχουσαν* = h. Hom. 23, 2 *ἀμείλιχον ἦτορ ἔχουσαν*.

1, 6 *ἀπρόσμαχον εἶδος ἔχουσαν* = h. Hom. 12, 2 *ὑπείροχον εἶδος ἔχουσαν*.

10, 1 *παμμήτειρα θεά* (epithetum Naturae; 40, 1 Cereris) = h. Hom. 30, 1 *Γαῖαν παμμήτειραν*; cf. p. 24.

10, 2 *πρέσβειρα* (27, 13 de matre deorum dictum) = h. Hom. in Ven. 33 *θεῶν πρέσβειρα τέτυκται*.

30, 9 et 64, 13 *εὐμενὲς ἦτορ ἔχων* = h. Hom. 32, 7.

34, 10 *εὔφρονι θυμῷ* (hexametrum claudens) = h. Hom. 30, 14.

34, 25 *Πᾶνα, θεὸν δικέρωτα* = h. Hom. in Panem 19, 2 *αἰγιπόδην δικέρωτα*.

35, 4 *καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν, τὴν μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ, τὸν δὲ κραναῇ ἐνὶ Δήλῳ*: translatum ex h. Hom. in Apoll. 15—16.

40, 16 *πολυπότνια θνητοῖς* (epithetum Cereris versum claudens) = h. Hom. in Cerer. 211 *πολυπότνια Δηώ* (in exitu versus).

43, 11 *εὐκάρπους καιρῶν γενέσεις* (50, 4 *εὔκαρπος* Bacchi epithetum) = h. Hom. 30, 5 *εὔκαρποι τελέθουσι*.

44, 2 *εὐειδῆ Σεμέλην* = h. Hom. 32, 1 *Μήνην εὐειδῆ*.

50, 3 *ἱερὸν θάλος* (56, 8 *γλυκερὸν θάλος*) = h. Hom. in Cer. 16 *κούρην, τὴν ἔτεκον, γλυκερὸν θάλος* (in eadem versus sede).

51, 12 *νύμφαι . . . ἀγλαόκαρποι* = h. Hom. in Cer. 23 *ἀγλαόκαρποι Ἕλειαι*.

52, 5 *εἴτ' ἐν Ἐλευσῖνος τέρπῃ νηῷ θυόεντι* = h. Hom. in Cer. 97 et 490 *Ἐλευσῖνος θυοέσσης*.

55, 1 *πολύυμνος* (Veneris epithetum) = h. Hom. 26, 7 *τόνδε θεαὶ πολύυμνον ἔθρεψαν*.

55, 17 *Συρίης ἕδος ἀμφιπολεύεις* = h. Hom. 24, 2 *ἱερὸν δόμον ἀμφιπολεύεις*.

55, 23 *ἐπ' αἰγιαλοῖς ψαμαθώδεσι* = h. Hom. in Merc. 75 *διὰ ψαμαθώδεα χῶρον*.

57, 10 *κατὰ Τάρταρον εὐρύν* = h. Hom. in Merc. 374 *ἐς Τάρταρον εὐρύν.*

69, 4 *ἄντρῳ ἐν ἠερόεντι* = h. Hom. in Merc. 172.

D. Cum Batrachomachia duo loci soli comparari possunt:

14, 7 *πολεμόκλονε* (epithetum Rheae; 32, 2 Minervae; 65, 4 Martis) = Batrach. 275 *Παλλάδα πέμψωμεν πολεμόκλονον ἢ καὶ Ἄρηα.* Sed cf. p. 21.

32, 12 *ὀλέτειρα Γιγάντων* = Batrach. 117 *μυῶν ὀλέτειραν ἐοῦσαν.*

§ 3. De vocabulis Hesiodeis.

Ex Hesiodi quoque carminibus auctorem hymnorum nonnulla sumpsisse Buechsenschuetzius[1]) vidit. Pauca, quae ab eo allata non sunt, hoc loco commemoro:

A. Cum theogonia congruunt:

13, 2 *ποικιλόβουλε* (epithetum Saturni: 28, 3 Mercurii) = theog. 521 *Προμηθέα ποικιλόβουλον.*

19, 6 *κρατερούς τε κεραυνοὺς . . . ὀβριμοθύμους* = theog. 140 *Βροντήν τε Στεροπήν τε καὶ Ἄργην ὀβριμόθυμον.*

33, 3 *στάσιν ἀλγινόεσσαν* = theog. 214 *Ὀϊζὺν ἀλγινόεσσαν.*

34, 9 *χρυσοκόμη* (Apollinis epithetum) = theog. 947 *χρυσοκόμης δὲ Διώνυσος.*

39, 8 *μορφὴν δνοφεροῖο δράκοντος* = theog. 826 *δεινοῖο δράκοντος γλωσσῃσι δνοφερῇσι λελειχμότες.*

40, 19 *Εἰρήνην κατάγουσα καὶ Εὐνομίην ἐρατεινήν* = theog. 902 *Εὐνομίην τε Δίκην τε καὶ Εἰρήνην τεθαλυῖαν.*

44, 3 et 75, 1 *Διωνύσου πολυγηθοῦς* = theog. 941 *Διώνυσον πολυγηθέα.*

56, 7 *βαθυχαῖτα* (epithetum Adonidis) = theog. 977 *Ἀρισταῖος βαθυχαίτης.*

77, 2 *Μούσας . . . λιγυφώνους* = theog. 275 *Ἑσπερίδες λιγύφωνοι.*

[1]) De hymn. Orph. p. 22—23.

B. Ex operibus et scuto sumpta sunt:

41, 8 *θνητῆς ὑπ᾽ ἀνάγκης* = op. 517 *κρατερῆς ὑπ᾽ ἀνάγκης.*

73, 4 *πλουτοδότην* (scil. *Δαίμονα*) = op. 126 *δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς . . . πλουτοδόται* (utrumque in initio versus).

70, 9 *βλοσυραί* (scil. *Εὐμενίδες*) = scut. 250 *Κῆρες κυάνεαι . . . βλοσυραί τε.*

88, 1 *βρισάρμαις* (Martis epithetum) = scut. 441 *βρισάρματος οὔλιος Ἄρης* (utrumque in eadem versus sede).

§ 4. De vocabulis ex veteribus Orphicorum carminibus desumptis.

Nunc priusquam ad poetas lyricos et tragicos progrediar, pauca de iis vocabulis disseram, quae ex veteribus Orphicorum carminibus desumpta sunt. Quamquam dubium non esse existimo quin multa ex illis carminibus in hymnos immigraverint, tamen satis pauca vocabula hodie cognoscuntur, cum ex toto illo Orphicorum poematum numero exiguae reliquiae supersint. Propterea mirum non est, quod hymnos cum fragmentis Orphicis, quae Abelius et Dielesius collegerunt comparanti non multa congruentia vocabula apparent. Quin etiam cum inter ea etiam sint quae cum Homericis vel Hesiodeis congruant, dubitari potest, utrum poeta Orphicus ea ex illis poetis epicis an ex veteribus Orphicis sumpserit. Haec autem mihi digna videntur, quae afferam:

prooem. 11 *ἀφρογενής τε θεά* = Abel fr. 140 (ex Orphica theogonia rhapsodiaca) *Ἀφροδίτην ἀφρογενῆ.*

40, 3 *πλουτοδότειρα θεά* (Cereris epithetum) = Abel fr. 165 *(Κρατῆρες) Γῆ, μήτηρ πάντων, Δημήτηρ πλουτοδότειρα.*

prooem. 6 *Δημήτηρ τ᾽ ἀγλαόκαρπε* = Abel fr. 206 *(Τελεταί) μῆνιν ἄειδε, θεά, Δημήτερος ἀγλαοκάρπου.* Cf. § 2 C p. 9.

pr. 19 *Λητώ τ᾽ εὐπλόκαμον* = Abel fr. 201 *(Τελεταί) Λητοῦς τ᾽ εὐπλοκάμοιο.*

29, 2 *μουνογένεια θεά* (de Proserpina dictum) = Abel fr. 185 *(Τελεταί) ὁ θεολόγος τὴν Κόρην μουνογένειαν εἴωθε προσαγορεύειν.*

77, 2 *λιγυφώνους* (scil. *Μούσας*) = Abel fr. 196 *(Τελεταί): παρ᾽ Ἑσπερίδων λιγυφώνων.*

18, 17 *παντοκράτωρ* (epithetum Plutonis) = Abel fr. 239 ex veteribus hymnis: *εἶτα ἐπιφέρει ῥητῶς παντοκράτορα ὀνομάζων τὸν θεόν* (scil. ὁ Ὀρφεύς).

§ 5. De vocabulis cum veteribus poetis philosophis congruentibus.

Neque magis veteres poetae philosophi, qui heroico versu usi quae docebant exposuerunt, neglegendi sunt. Sed in eorum fragmentis a Dielesio in libro qui inscribitur: „*die Fragmente der Vorsokratiker*" collectis perpauca quae huc faciant inveni. Sunt autem haec:

33, 3 *στάσιν ἀλγινόεσσαν:* cf. Xenophan. fr. 2, 4 *πυκτοσύνην . . . ἀλγινόεσσαν;* cf. Hes. theog. 214.

h. 14, 2 *ἅρμα τιταίνει:* cf. Parmenid. fr. 1, 5 *ἅρμα τιταίνουσαι;* cf. Il. B 390.

h. 57, 1 *ὁδὸν ἡγεμονεύειν:* cf. Parmen. fr. 1, 5 *ὁδὸν ἡγεμόνευον;* cf. Od. ζ 261.

Haec omnia, cum etiam cum Homeri vel Hesiodi locis congruant, potius ex his poetis quam e Xenophane et Parmenide in hymnos immigrasse probabile est.

§ 6. De vocabulis Pindaricis.

Dictionem quoque poetarum lyricorum considerantes pauca in hymnos translata invenimus. Cum multi horum poetarum nobis paucis versibus noti sint, Pindarus atque Bacchylides paene soli relinquuntur, quorum sermonem accuratius cum hymnis comparare possimus, praesertim cum et ipsi hymnos vel similia carmina composuerint. Pindari dictionis Buechsenschuetzius non plus quattuor exempla adnotavit[1]). Neque mihi, quamquam Pindari copiam verborum diligenter perscrutatus sum[2]),

[1]) De hymn. Orph. p. 24 enumeravit: *ἐλάσιππος* h. 2, 7 = Pyth. 5, 85; *τετράορον ἅρμα* h. 7, 19 = Pyth. 10, 65; *θεότιμος* h. 26, 1 = Isthm. 5, 11; *ἀπροσόρατος* h. 38, 2 = Ol. 2, 74.

[2]) Etiam Rumpelii Lexico Pindarico usus sum. Praeterea Pindari fragmenta a Diehlio in Supplemento lyrico collecta perlustravi.

contigit, ut multa vocabula, quae cum hymnis conferri possent, invenirem. Pauca hoc loco breviter adnotentur:

14, 3 *χαλκόκροτε κούρη* (38, 1 *χαλκόκροτοι Κουρῆτες*) = Isthm. 6, 3 *χαλκοκρότου Δαμάτερος*.

15, 1 *Ζεῦ ἄφθιτε* = Pyth. 4, 391 *Ζεὺς ἄφθιτος*. Sed cf. p. 33.

17, 3 *πόντοιο βαθυστέρνοιο* (26, 6 *βαθύστερν'* Telluris epithetum) = Isthm. 3, 12 *κοίλᾳ λέοντος ἐν βαθυστέρνου νάπᾳ*. (vocem *βαθύστερνος* apud alium scriptorem non inveni.)

17, 6 codicis Thryllit. *εὐρυμέδων* (Neptuni epithetum) = Ol. 8, 31 *εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν*.

27, 1 *ἀθανάτων θεότιμε θεῶν μῆτερ* = Isthm. 6, 19 *θεότιμος ἐών*.

43, 3 *πολυάνθεμοι . . . Ὧραι* = Ol. 13, 17.

54, 6 *Βάκχαις ἡγούμενε κισσοφόροισιν* = Ol. 2, 30 *παῖς ὁ κισσοφόρος* (de Baccho dictum).

56, 9 *Περσεφόνης ἐρασιπλοκάμου* = Pyth. 4, 136 *Τυροῦς ἐρασιπλοκάμου*.

66, 6 *φῶς ἀμίαντον* = Pind. fr. (108 b Schroeder) apud Clem. Alex. Strom. V p. 726 *ἀμίαντον φάος*.

79, 5 *Πυθίῳ ἐν δαπέδῳ* = Nem. 7, 34 *ἐν Πυθίοισί τε δαπέδοις κεῖται*.

§ 7. De vocabulis Bacchylideis.

Neque praetereundus est Bacchylides, quamquam numerus vocabulorum, quae cum hymnis congruunt, etiam minor est. Haec autem pauca comparari possunt:

5, 4 *ὑψιφανὴς Αἰθήρ*: cf. Bacchyl. 13, 5 *ὑψιφανῆ . . . τὸν ἄνθρωπον τεύχει*. Vox *ὑψιφανὴς* praeter hos locos apud Nonnum solum legitur; cf. p. 27.

8, 13 *ἀμίαντε* (epithetum Solis; 13, 2 Saturni): Bacchyl. 3, 86 *αἰθὴρ ἀμίαντος*.

12, 2 *καρτερόχειρ* (epithetum Herculis; 66, 3 Vulcani; 88, 3 Martis): Bacchyl. 3, 141 [*καρτε*]*ρόχειρ Ἀργεῖος* ex coniectura Blassii; praeterea hoc vocabulum solum apud anonymum poetam Byzantinum (Anth. Pal. 9, 210) et Constantinum Manassem exstat.

27, 1 *ἀθανάτων θεότιμε θεῶν μῆτερ* = Bacchyl. 10, 12

θεότιμον ἄστυ: apud alium scriptorem nisi apud Bacchylidem et Pindarum (cf. § 6 p. 13) hanc vocem non inveni.

29, 11 εὐφεγγής (Proserpinae epithetum): Bacchyl. 8, 9 εὐφεγγὴς σελάνα; 18, 26 κατ' εὐφεγγέας ἁμέρας.

34, 9 χρυσοκόμη (de Apolline dictum): Bacchyl. 4, 2 χρυσοκόμης Ἀπόλλων (ex Homero).

§ 8. De vocabulis Aeschyleis.

Transeamus ad Aeschylum Sophoclem Euripidem Aristophanem, quos Buechsenschuetzius paene omnino neglexit: nulla enim vocabula tragica in Orphicos hymnos translata commemoravit nisi duas voces Aeschyleas[1]): σελασφόρος h. 4, 5 = Eum. 976 et ἅρμα διώκων h. 16, 5 = Pers. 84. Sed numerum vocabulorum poeseos dramaticae, quae in hymnis exstant, revera non parvum esse statim apparebit.

Cum Aeschylo enim congruunt haec:

17, 2 (codicis Thryllit.)[2]) ἵππιε; 4 ποντομέδων (Neptuni epitheta) = Sept. 130 ὅ θ' ἵππιος ποντομέδων ἄναξ (cf. Pind. Ol. 6, 103).

20, 3 ἀστράπτοντα σέλας = Prom. 356 ἤστραπτε γοργωπὸν σέλας.

20, 4 βαρύμηνιν . . . θεόν = Agam. 1482 μέγαν οἴκοις τοῖσδε δαίμονα καὶ βαρύμηνιν.

29, 11 εὐφεγγής (Dianae epithetum) = Pers. 387 ἡμέρα εὐφεγγὴς ἰδεῖν; cf. Bacchyl. 8, 9 et 18, 26.

33, 5 οἷς ἂν ἐφορμαίνουσα φέρῃς . . . εὖχος (cf. 74, 7) = Pers. 208 κίρκον πτεροῖς ἐφορμαίνουσα.

38, 20 ἀνάκτορες εὐδύνατοί τε = Cho. 357 σεμνότατον ἀνάκτορα (cf. Pers. 651; Eur. Tro. 1217; Iph. T. 1414).

40, 16 πολύτεκνε θεά = Suppl. 1029 Τηθύος πολυτέκνου; Pr. 137 ποταμούς, οἳ πῶμα χέουσιν πολύτεκνοι.

68, 13 κακόποτμον ἀνίην = Ag. 1136 κακόποτμοι τύχαι.

77, 3 ἀπάτης . . . βλαψίφρονος = Sept. 725 κατάρας Οἰδιπόδα βλαψίφρονος.

[1]) De hymn. Orph. p. 24.

[2]) Cf. p. 2 not. 2.

85, 4 ἐν ἀχαλκεύτοισι πέδῃσι = Cho. 493 πέδαις ἀχαλκεύτοις δ' ᾑρέθης.

88, 2 φέρασπι (Martis epithetum) = Agam. 694 φεράσπιδες κυναγοί.

88, 3 δορισθενές = Pers. 158 δορισθενὴς ἀνήρ.

Accedunt pauca verba, quae apud alium scriptorem nisi Aeschylum non exstant:

41, 7 μηνυτῆρ' ἁγίων λέκτρων = Eum. 245 ἕπου δὲ μηνυτῆρος ἀφθέγκτου φραδαῖς.

51, 13 πολυθρέμμονες (scil. νύμφαι) = Pers. 33 ὁ μέγας καὶ πολυθρέμμων Νεῖλος.

83, 6 θεῶν ἅγνισμα μέγιστον = Eum. 326 ματρῷον ἅγνισμα κύριον φόνου.

§ 9. De vocabulis Sophocleis.

Dictionis Sophocleae in hymnis non tot inveniuntur exempla quot Aeschyleae. Profero haec:

in prooem. 32 δαίμονας . . . τ' ἐνύδρους = Phil. 1454 νύμφαι τ' ἔνυδροι.

1, 6 et 72, 4 ἀπρόσμαχον εἶδος = Trach. 1098 ἀπρόσμαχον τέρας.

8, 2 Τιτὰν χρυσαυγής = O. C. 685 κρόκος χρυσαυγής.

14, 5; 25, 4; 63, 3; 64, 12; 69, 1; 79, 7 πάντιμος = El. 688 νίκης πάντιμον γέρας.

19, 6 κρατερούς τε κεραυνούς, παμφλέκτους = El. 1139 παμφλέκτου πυρός; Antig. 1026 βωμοῖσι παμφλέκτοισι.

43, 3 λειμωνιάδες (epithetum Horarum; 51, 4 Nympharum; 81, 3 Zephyrorum) = Phil. 1454 νύμφαι τ' ἔνυδροι λειμωνιάδες.

50, 3 et 8 εὔιε (Bacchi epithetum) compluribus locis apud poetas tragicos legitur, velut Soph. O. R. 211 Βάκχον εὔιον.

Apud Sophoclem et auctorem hymnorum solos leguntur:

8, 6 διφρευτά (Solis epithetum) = Ai. 857 τὸν διφρευτὴν ἥλιον προσεννέπω.

20, 1 περίφαντον (scil. σέλας) = Ai. 229 περίφαντος ἀνήρ.

21, 5 πνεύμασιν ἀντίσπαστοι (scil. νεφέλαι) = Trach. 1070 ὀδαγμὸς ἀντίσπαστος.

§ 10. De vocabulis Euripideis.

Pergamus ad vestigia dictionis Euripideae:

3, 3 *κυαναυγής* (Noctis epithetum) = Eur. Alc. 261 *ὑπ' ὀφρύσι κυαναυγὴς βλέπων* (cf. Ar. Av. 1389).

3, 7 *ὑπνοδότειρα* = Or. 175 *ὑπνοδότειρα νύξ*.

6, 10 *πολύσπορος* (de Protogono; 10, 19 de Natura dictum) = Tro. 743 *Ἀσιάδος πολυσπόρου*.

9, 2 *ταυρόκερως* (epithetum Lunae; 52, 2 Bacchi) = Bacch. 100 *ταυρόκερων τὸν θεόν* (scil. *τὸν Διόνυσον*).

13, 10 *εὐόλβου βιότου τέλος* (et alibi) = I. T. 189 *τίς δ' ἐκ τῶν εὐόλβων Ἄργει βασιλείων ἀρχά*.

22, 3 et 81, 2 *αὖραι ἡδύπνοοι* = Med. 839 *ἀνέμων ἡδυπνόους αὔρας*.

22, 6 *θηροτρόφος* (scil. *θάλασσα*) = Bacch. 556 *Νύσης θηροτρόφου*.

22, 8 *νασμοῖσι βρυούσης* = Hec. 154 *νασμῷ μελαναυγεῖ* (cf. Hipp. 225).

29, 15 *θνητοῖς πολυμόχθοις*; 37, 4 *θνητῶν πολυμόχθων* = Eur. I. A. 1530 *πολυμόχθων γένος ἀμερίων*; El. 1330 *οἶκοι θνητῶν πολύμοχθοι*.

36, 9 *θηροκτόνος* (Dianae epithetum) = I. A. 1517 *θηροκτόν' Ἄρτεμις*.

40, 7 *θνητῶν θρέπτειρα προπάντων*; 74, 2 *θρέπτειραν ἐυστεφάνου Ἀφροδίτης*; 76, 5 *θρέπτειραι ψυχῆς* = Tro. 195 *θρέπτειρα παίδων*.

50, 8 *θυρσομανής* (scil. *Ληναῖος*) = Phoen. 798 *οὐδ' ὑπὸ θυρσομανεῖ νεβρίδων μετὰ δινεύεις*. Praeterea hoc vocabulum solum apud Nonnum invenitur. Cf. p. 29.

60, 11 *ἔλθοιτ' ὀλβοδότειραι* = Bacch. 419 *εἰρήναν ὀλβοδότειραν*.

80, 2 *χιονώδεος . . . ἀπὸ Θρήκης* = Hec. 81 *χιονώδης Θρήκη*.

Neque desunt vocabula, quae nusquam nisi in Euripidis fabulis et in hymnis inveniuntur. Sunt autem haec:

8, 5 *τετραβάμοσι ποσσὶ χορεύων* = Hel. 376 *τετραβάμοσι γυίοις*.

30, 2 τρίγονον (Bacchi epithetum) = Io. 496 κόραι τρίγονοι; cf. Herc. 1023.

50, 6 πανσίπονον . . . ἄκος = I. T. 451 δουλείας ἐμέθεν δειλαίας πανσίπονος [et Ar. Ran. 1321 ex Euripidis Hypsipyla (?): βότρυος ἕλικα πανσίπονον].

54, 8 εὔασμα διδοὺς Βάκχοιο ἄνακτος = Bacch. 129 εὐάσματα βακχᾶν (151 similiter).

68, 9 ὀλβοδότης Πλοῦτος = Bacch. 572 τὸν εὐδαιμονίας βροτοῖς ὀλβοδόταν.

[70, 7 ἀνταυγῆ . . . αἴγλην = Eur. (?) ap. Ar. Thesm. 902 (fr. Nauck ed. II adesp. 67) ἀνταυγεῖς κόρας.]

§ 11. De vocabulis Aristophaneis.

Postremo mihi liceat duas voces Aristophanis afferre, quae in hymnis exstant:

8, 9 et 34, 3 χρυσολύρη (epithetum Solis et Apollinis) = Thesm. 315 χρυσολύρα, ὃς Δῆλον ἔχεις ἱεράν.

34, 19 βιοθρέμμονα φῦλα = Nub. 570 αἰθέρα σεμνότατον βιοθρέμμονα πάντων: vocem βιοθρέμμων apud alium scriptorem non inveni.

§ 12. Quid de vestigiis scaenicorum in hymnis exstantibus censendum sit.

Haec sunt vestigia dictionis dramaticae, quae in hymnis Orphicis inveniuntur. Quae non enumeravi, quod censerem auctorem carminum nostrorum poemata Pindari vel dramaticorum illis locis imitari voluisse, sed ut ostenderem hymnos non pauca vestigia dictionis lyricae vel tragicae continere. Quod ad dramaticos attinet, haec res praecipue eo demonstratur, quod rarissime loci hymnorum cum fabulis illorum ad verbum congruunt. Qua de causa haud improbandum mihi videtur poetam illa vocabula ex operibus scriptorum hausisse, qui ipsi ea ex tragicis sumpserunt. Ceterum non multum nostra interest exquirere, utrum poeta Orphicus vocabula sua tragicis ipsis an aliis scriptoribus debeat. Illud quidem videmus eum non pauca, quae ab epica dialecto aliena sint, in carmina sua transtulisse,

cuius rei iam alii exempla praebuerunt[1]. Id quoque, ut mihi videtur, unusquisque facile concedet poetam hymnorum litteras Graecas non omnino ignorasse. Reicienda ergo sententia eorum, qui eum hominem barbarum et ineruditum et vix linguae Graecae compotem fuisse iudicaverunt[2]. Ut Petersenus, Kernius[3] alii ostenderunt eum libros veterum Orphicorum legisse, ita eum eruditione non omnino caruisse quae ipse protuli iam ad demonstrandum sufficere mihi videntur.

§ 13. De vocabulis Callimacheis.

Nunc nos vertamus ad poetas aetatis Alexandrinae, quos Buechsenschuetzius omnino praetermisit. Imprimis hymnos cum Callimacho comparabimus, quippe qui et inter poetas Alexandrinos permagna auctoritate usus sit et ipse hymnos composuerit. Callimachum poetae Orphico notum fuisse nemo negabit. simulatque hos locos contulit:

1, 8 *ἡγεμόνην* (Hecatae epithetum, in initio versus): 72. 3 *Ἄρτεμιν ἡγεμόνην* = Call. h. in Dian. 226 *σὲ γὰρ ποιήσατο Νηλεὺς ἡγεμόνην* (cf. Nicand. fr. 38).

9, 6 *βαρύθυμε* (*Σελήνη*); 19, 11 *βαρύθυμον . . . βέλος* = Callim. h. in Del. 215 *νύμφα Διὸς βαρύθυμε*; h. in Cer. 81 *γυνὰ βαρύθυμος*.

11, 3 *γαίης πέδον ἐστήρικται* (in exitu versus) = Call. h. in Apoll. 23 *διερὸς λίθος ἐστήρικται*.

12, 6 *παννυπέρτατε, πᾶσιν ἀρωγέ* (de Hercule; 66, 5 de Vulcano: *παννυπέρτατε, παντοδίαιτε*) = Callim. h. in Iov. 91 *Κρονίδη παννυπέρτατε δῶτορ ἐάων*.

34, 1 *ἐλθέ, μάκαρ, Παιάν, Τιτυοκτόνε* (epitheta Apollinis) = Call. h. in Dian. 110 *Ἄρτεμι, Παρθενίη, Τιτυοκτόνε*.

35, 1 *θεὰ διδυματόκε* = Callim. h. in Apoll. 54 *ἡ δὲ μουνοτόκος διδυμητόκος αἶψα γένοιτο*.

38, 25 *ἐπιπνείοιτε ἄνακτες*; 81, 5 *ἐπιπνείουσαι ἀμεμφεῖς*

[1]) Cf. Buechsenschuetz, De hymn. Orph. p. 14 et 18—19.

[2]) Cf. Petersen, Philol. XXVII p. 392—393.

[3]) Cf. Petersen l. c.; Kern, Herm. XXIV p. 489 sqq.

(utrumque in exitu versus) — Call. h. in Del. 318 *ἐπιπνείουσιν ἀῆται* (in exitu versus).

52, 11 *ὑποκόλπιε* (Bacchi epithetum) = Call. h. in Del. 86 *Ἀπόλλων ὑποκόλπιος* (in eadem versus sede).

71, 2 *καὶ ἣν ἐλοχεύσατο σεμνὴ || Περσεφόνη* = Callim. h. in Del. 326 *καὶ ἣν ἐλοχεύσατο Λητώ*. Quo ex loco praecipue intellegimus poetam hymnorum Orphicorum Callimachum revera legisse.

88, 1 *χρυσεοπήληξ* (epithetum Martis, versum claudens) = Call. Lav. Pall. 43. Cf. p. 35.

Praeterea duo Callimachi fragmenta afferenda sunt:

13, 8 *γενάρχα (Κρόνος)*; 82, 3 *ὄμβροιο γενάρχα* = Call. fr. 36 (ed. O. Schneider) *Φοῖβε καὶ Ζεῦ, Διδύμων γενάρχαι.*

54, 11 *φιλόθυρσε* (Sileni epithetum) = Callim. fr. ap. Hephaest. p. 68 *Γάλλαι, μητρὸς ὀρείης φιλόθυρσοι δρομάδες*; cf. Wilamowitz, Hermes 14, 194 sqq. Apud alium scriptorem vox *φιλόθυρσος* non legitur.

§ 14. De vocabulis cum ceteris poetis Alexandrinis congruentibus.

Cum ceteris poetis aetatis Alexandrinae perpauca in hymnis congruunt, ut omnino dubitari possit, utrum poeta Orphicus haec ex iis revera hauserit an casu in easdem voces inciderit. Haec autem videbantur mihi enumeranda:

Cum Theocrito congruentes inveni nullas nisi duas voces, quas uterque poeta Homero debet:

h. 57, 11 *θνητῶν ὁδὸν ἡγεμονεύειν* = Theocr. id. 11, 27. Od. ζ 261.

h. 66, 1 *ἀκάματον πῦρ* = Theocr. id. 11, 57. Od. φ 181.

Ex Apollonii Rhodii Argonauticis unum locum exscripsi, qui cum hymnis comparari possit:

51, 4 *λειμωνιάδες* (scil. *νύμφαι*): cf. Apoll. Rh. 2, 655 *νύμφη λειμωνιάς.*

Lycophro fortasse duobus locis usurpatus est. Sunt autem hi:

82, 1 *λαιψηρὸν πήδημα* = Lycophr. 531 *πήδημα λαιψηρὸν δικών.*

21, 1 *νεφέλαι καρποτρόφοι;* 21, 7 et 82, 7 *καρποτρόφους ὄμβρους;* 51, 4 *νύμφαι:* cf. Lycophr. 1425 *καρποτρόφος δρῦς*. Vocabulum *καρποτρόφος* apud alium scriptorem non legi.

Quare etsi poeta Orphicus sine dubio Callimacho nonnulla debet, tamen non satis multis locis cum ceteris poetis Alexandrinis congruit, ut affirmare audeamus eum his auctoribus usum esse.

Relinquamus scriptores huius aetatis atque transeamus ad eos, qui post Christum natum fuerunt. Primum quidem vix dubium esse potest quin auctor Orphicus poetas astrologicos legerit, quoniam ipse, ut iam Buechsenschuetzius[1]) observavit, illam superstitionem non repudiavit. Primum locum inter hos auctores, quorum poemata astrologica nobis tradita sunt, Maximus et Manetho obtinent.

§ 15. De vocabulis cum Maximo comparandis.

E Maximo num hauserit dubitationi obnoxium est. Haec autem digna videntur quae commemorentur:

9, 10 *ἑλικοδρόμε, πάνσοφε κούρη* (Lunae epithetum) = Maxim. de ausp. 61 *σκέπτεσθαι κεραὴν ἑλικοδρόμον*. Cf. Maneth. 4, 126 *Σεληναίης ἑλικοδρόμος ἄστατος ἀστήρ*.

51, 5 *ἠερόφοιτοι* (epithetum Nympharum; 81, 1 Zephyrorum) = Maxim. 485 *ἠερόφοιτος ἄνασσα*.

52, 7 *χοροιμανές, ἡγέτα κώμων* (Bacchi epithetum) = Maxim. 496 *χοροιμανέος Ἰοβάκχου* (utrumque in exitu versus). Vocabulum *χοροιμανής* apud alium scriptorem non legitur. Cf. p. 32.

§ 16. De vocibus Manethonianis.

Eo plures autem locos invenimus, qui videntur probare Manethonem ab eo magnopere compilatum esse. Quam rem Buechsenschuetzius ipse vidit, qui sex vocabula hymnorum cum Manethone, octo cum Nonno congruentia commemoravit[2]). Quae

[1]) Cf. h. 7, 6 sqq. Buechsenschuetz, De hymn. Orph. p. 35 sub finem.
[2]) De hymn. Orph. p. 18.

apposita cruce repetam. Haec autem cum Manethonis Apotelesmaticis videntur comparanda:

6, 3 *πόνων ἀνάπαυσιν ἔχουσα*; 81, 2 *καμάτου ἀνάπαυσιν ἔχουσαι* (utrumque in exitu versus) = Maneth. 3, 175 *μόχθων δ'ἐς γῆρας προτέρων ἀνάπαυσιν ἔδωκεν.*

12, 12 *δώδεκ' ἀπ' ἀντολιῶν ἄχρι δυσμῶν ἆθλα διέρπων* videtur confluxisse ex Maneth. 4, 8 *ἐξ ἠοῦς ἐπὶ νύκτα καὶ ἀντολίης ἐπὶ δυσμάς* et Quint. Smyrn. 13, 341 *ἄχρις ἐπ' ἀντολίην καὶ ἀκαμάτου δύσιν ἠοῦς.*

32, 15 *ἤματα καὶ νύκτας αἰεὶ νεάτῃσιν ἐν ὥραις* = Maneth. 3, 87, quo loco poeta docet, qua stella Veneris sit vi in mulieres: *καὶ δ'αὐτοὺς φήμῃσι κακαῖς νεότητος ἐν ὥραις ἀμφέβαλεν.* In versu Manethonis illud *νεότητος ἐν ὥραις* suo loco legitur: quae vocabula si omitteremus, gravem versus partem opprimeremus; in versu autem hymni illo *νεάτῃσιν ἐν ὥραις* deleto vel cum nescio quibus aliis vocabulis commutato in sensu lacuna non fieret. Qua de causa poeta hymni illud *νεότητος ἐν ὥραις* apud Manethonem legisse et imitatus esse mihi videtur.

57, 1 *Κωκυτοῦ ναίων ἀνυπόστροφον οἶμον ἀνάγκης* = Maneth. 6, 295 *εἰ δ'ἀγαθῶν ἄστρων παναπόστροφον οἶμον ἰόντων ἀνδρὸς ἔοι γενέθλη*: hic quoque locutio illa, quam uterque poeta fere eandem habet, melius apud Manethonem quadrat quam apud poetam Orphicum, ut illum compilatum esse facile cognosci possit.

62, 8 *μούνη ἐπεμβαίνουσα δίκην ἀδίκοις ἐπεγείρεις* = Maneth. 1, 115 *Μήνη θηλυτέροισιν ἐπεμβαίνουσα τόποισιν*: initia quoque versuum, etsi non plane inter se congruunt, tamen imitationem mihi videntur prodere.

63, 3 *Δικαιοσύνη μεγαλαυχής* = Maneth. 3, 34 *πρὸς δ'ἔτι καὶ πρήξει μεγαλαυχέας.* Praeterea hoc vocabulum solum apud Theodorum Studitam legitur.

65, 4 *πολεμόκλονε, φρικτέ* (epithetum Martis versum claudens) = Maneth. 6, 47 *πολεμοκλόνῳ Ἄρῃ* in exitu versus (cf. Batrachom. 4 et 275).

78, 2 *Ἠοῖ λαμπροφαής* = Maneth. 4, 53 *λαμπροφαὴς ἀστήρ.* Hoc vocabulum apud alium auctorem non exstat nisi apud Andream Cretensem.

Satis magnus numerus earum vocum est, quae apud alium

scriptorem nisi apud Manethonem non inveniuntur. Quorum adnoto haec:

† 6, 1 *αἰθερόπλαγκτον* (scil. *Πρωτογόνον*) = Maneth. 4, 9 *Φύσις αἰθερόπλαγκτος*; 4, 182 *τρίβον αἰθερόπλαγκτον* (eodem versus loco).

† 7, 8 *ἠερόπλαγκτοι* (*ἀστέρες*) = Maneth. 4, 509 *καὶ αἰθέρος ἠερόπλαγκτον ζωφορίην*.

† 8, 14 et 36, 3 *πασιφαής* (epithetum Solis et Dianae) = Maneth. 3, 346 *πασιφαὴς Ἀφροδίτη* (de stella Veneris).

† 21, 1 *οὐρανόπλαγκτοι* (*νεφέλαι*) = Maneth. 4, 623 *ἢ βίον ἢ θάνατον διζημένη οὐρανόπλαγκτον*.

† 51, 4 *σκολιόδρομοι . . . νύμφαι* = Maneth. 4, 478 *Μήνη . . . σκολιόδρομος*.

69, 6 *λυσσήρεις* (Furiarum epithetum) = Maneth. 6, 560 *Φαίνων τε καὶ Ἄρης λυσσήρεις πινυτοῦ τε νόου παραπλῆγας ἔτευξαν* et 599 *λυσσήρεις δὲ τελοῦσιν*.

† 70, 6 *κυανόχρωτοι ἄνασσαι* = Maneth. 1, 327 *κυανοχρώτοιο Κρόνοιο*.

Nonnullis exemplis non Manethonem, sed poetam Orphicum compilatorem fuisse ostendere potuimus. In ceteris quoque versibus, quos modo attulimus, semper voces, quarum causa locos comparavimus, apud Manethonem suo loco positae sunt, ut nullus inveniatur locus, qui Manethonem ex poeta hymnorum hausisse possit demonstrare. Versus igitur Manethonianos poetae Orphico exemplari fuisse censeo.

§ 17. De hemistichio cum Dionysio Periegeta congruente.

E ceteris poetis didacticis saeculorum p. Chr. n. Dionysii Periegetae uno versu poeta hymnorum usus est:

h. 48, 2 *ὃς Βάκχον Διόνυσον, ἐρίβρομον, εἰραφιώτην, μηρῷ ἐγκατέραψας* — Dionys. P. 576 *Βιστονίδες καλέουσιν ἐρίβρομον, εἰραφιώτην*. Cum hemistichium, quod commune habent, apud neutrum melius ad versum quadret, ad quaestionem uter poeta prior fuerit diiudicandam alio argumento nobis utendum est. Quod nobis praebetur eo, quod auctor hymnorum alios poetas, qui

multo post Dionysii aetatem vixerunt, velut Nonnum atque Proclum, compilavit, id quod infra ostendetur.

§ 18. De vocibus cum Quinto Smyrnaeo comparandis.

Nunc nos vertamus ad Quintum Smyrnaeum, quem poeta Orphicus his fere locis videtur compilasse:

pr. 1 *θυηπολίην περισέμνην* = Quint. 3, 778 *θυηπολίης ἐρατεινῆς* (utrumque in exitu versus).

19, 12 *καταιβάτου αἰθαλόεντος* (in exitu versus) = Quint. 1, 613 *ὑπὲρ πυρὸς αἰθαλόεντος* (versum claudens).

37, 5 *οἳ χθόνα ναιετάουσιν* et 45, 6 *ὅσοι χθόνα ναιετάουσιν*: his locis poeta hymnorum minus Od. ζ 153 *οἳ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσιν* videtur imitatus esse quam Quint. 3, 649 *ὅσοι χθόνα ναιετάουσιν*.

50, 4 *πολυγηθέα καρπὸν ἀέξων* = Quint. 14, 199 *πολυγηθέα καρπὸν ἀμῶνται* (utrumque in exitu versus).

E locis ipsis uter poeta altero usus sit concludi non potest, cum apud utrumque omnia suo loco posita sint. Qua de causa nobis Quintum esse usurpatum demonstrare volentibus ad idem argumentum profugiendum est, quod modo de Dionysio disserentes in medium protulimus.

§ 19. De vocabulis cum Argonauticis Orphicis congruentibus.

Sed transeamus ad Argonautica Orphei, quae post Quintum Smyrnaeum et ante Nonnum orta esse ab Hermanno egregie demonstratum est.

Mirum esset, si poeta Orphicus, qui tot alios auctores compilavit, hoc carmen, quod Orphicis imprimis notum esse debebat, plane neglexisset. Neque frustra Argonautica perscrutamur; haec enim afferri possunt, quae cum hymnis congruunt:

prooem. 14 *καὶ Εὐσεβίης μέγ' ὄνειαρ* = Arg. 38 *ἐπιχθονίοις μέγ' ὄνειαρ* (utrumque in exitu versus).

prooem. 44 *τήνδε θυηπολίην ἱερήν* = Arg. 470 *τῆσδε θυηπολίης ἀβολεῖν* (utrumque in initio versus).

1, 5 *ἀμαιμάκετον βασίλειαν* (in exitu versus) = Arg. 518 *ἀμαιμάκετοι βασιλῆες* (in exitu versus).

6, 6 *σκοτόεσσαν ἀπημαύρωσας ὁμίχλην* = Arg. 521 *κατὰ σκοτόεσσαν ὁμίχλην* (utrumque in exitu versus). Cf. p. 32.

8, 11 *πυρίδρομε, κυκλοέλικτε* (Solis epitheta in exeunte versu posita) = Arg. 1122 *πυριδρόμου ἠελίοιο* (in fine versus).

10, 1 *παμμήτειρα θεά* (Naturae; 40, 1 Cereris epithetum) = Arg. 547 *παμμήτειρα Ῥέη κέκλεται* (cf. h. Hom. 30, 1). Cf. p. 9.

17, 6 *τινάσσων ἁλμυρὸν ὕδωρ* (in exitu versus) = Arg. 324 *θαλάσσης θ' ἁλμυρὸν ὕδωρ* (in exitu versus).

18, 15 *τόθι περ πύλαι εἰσ' Ἀίδαο* et 29, 4 *ἣ κατέχεις Ἀίδαο πύλας* = Arg. 1142 *ἄρρηκτοί τ' Ἀίδαο πύλαι.*

19, 11 *ἀμαιμάκετον . . . βέλος* = Arg. 177 *ἀμαιμακέτοισιν ὀιστοῖς.*

19, 15 *σμαραγεῖ δὲ κεραυνός* (in exitu versus) = Arg. 970 *ἐπεσμαράγει δ' ὀλοὸν πῦρ* (in exitu versus). Hymni versus insequens, ut infra (p. 28) ostendetur, e singulis Nonni et Procli hemistichiis contaminatus est.

21, 5 *ἐπιδρομάδην παταγεῦσαι* = Arg. 561 *ἐπιδρομάδην ἀγορεύων* (utrumque in exitu versus).

23, 2 *πεντήκοντα κόρῃσιν* (in initio versus) = Arg. 300 *πεντήκοντ' ἐρέτῃσιν* (in initio versus).

23, 4 *πυθμὴν μὲν πόντου, γαίης πέρας, ἀρχὴ ἁπάντων* = Arg. 422—423 et 426—427 *ὕμνουν . . . ὥς τ' οὐρανὸς ἐς πέρας ἦλθε γῆς τ' εὐρυστέρνου γένεσιν πυθμένας τε θαλάσσης . . . ὥς τ' ἐς Δία τερπικέραυνον ἤλυθεν ἀθανάτων μακάρων βασιλήιος ἀρχή.*

24, 12 *Καλλιόπῃ σὺν μητρὶ καὶ Ἀπόλλωνι ἄνακτι* = Arg. 188 *τόν ῥ' ὑποκυσαμένη τέκεν Ἀπόλλωνι ἄνακτι . . . Ἀντιάνειρα.* Apparet versum hymni e duobus hemistichiis aegre inter se cohaerentibus compositum esse; quin etiam totum versum, si deesset, non desideraremus. In versu autem Argonauticorum illud *Ἀπόλλωνι ἄνακτι* adeo suo loco legitur, ut eo deleto aliquid momenti omitteretur. Quibus de causis poetam hymni illud hemistichium ex Argonauticis exscripsisse veri simile est.

25, 1 *πόντου κλῇδας ἔχοντα* (58, 4 similiter) = Arg. 1372 *οἳ καὶ νερτερίων βερέθρων κλῇδας ἔχουσιν.*

25, 5 *ὅσσα τε πρόσθεν ἔην ὅσα τ' ἔσσεται ὕστερον αὖτις* = Arg. 209 *δίζετο γὰρ τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμεν' ἀνθρώποισιν.*

29, 4 *ἣ κατέχεις Ἀίδαο πύλας ὑπὸ κεύθεα γαίης* = Arg. 174 *ζωόν τ' ἐν φθιμένοισι μολεῖν ὑπὸ κεύθεα γαίης.* Conferenda sunt praeterea: Arg. 1142 *ἄρρηκτοί τ' Ἀίδαο πύλαι* et hymn.

17, 4 ὅς κατέχεις γαίης κλῆδας. His locis allatis dilucidum est hymni versum e compluribus partibus quasi consutum esse: quae res satis probat eum poetae Argonauticorum exemplo non fuisse.

29, 14 μετοπωρινὰ νυμφευθεῖσα = Arg. 128 ὃν Ἄμπυκι νυμφευθεῖσα (utrumque in exitu versus).

34, 11 τὸν ἀπείριτον αἰθέρα πάντα (in exitu versus) = Arg. 303 τὸν ἀπείριτον αἰθέρα τέμνων (in exitu versus).

36, 12 αἰολόμορφε (Dianae epithetum); 69, 8 αἰολόμορφοι (de Furiis dictum) = Arg. 975 σὺν δ' αἰολόμορφος ἵκανε . . . Ἑκάτη.

38, 18—19 δένδρεα δ' ὑψικάρην' ἐκ ῥιζῶν ἐς χθόνα πίπτει, ἠχὼ δ' οὐρανίη κελαδεῖ ῥοιζήμασι φύλλων contaminatum est ex Arg. 995—997 ἐπὶ δ' ἔβραχεν ἄσπετος αἰθήρ· δένδρεα δ' ἐσμαράγησε κραδαινόμεν' ἔνθα καὶ ἔνθα πρυμνόθεν ἐκ ῥίζης· ἰάχησε δὲ σύσκιον ἄλσος et Nonn. 42, 289 ὅτε δρόσος ἐς χθόνα πίπτει (cf. p. 29).

39, 2 Κύρβαντ' ἀπροσόρατον = Arg. 973 ἀπηνέες, ἀπροσόρατοι. Praeterea hoc vocabulum apud Pindarum solum legitur.

39, 8 μορφὴν δνοφεροῖο δράκοντος (in exitu versus) contaminatum est ex Hesiod. theog. 826 δεινοῖο δράκοντος γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελειχμότες et Orph. Arg. 1005 μένος βριαροῖο δράκοντος (in exitu versus).

51, 5 σπήλυγξι κεχαρμέναι = Arg. 379 ναίει ἐνὶ σπήλυγγι; cf. Lith. 55 ἐνὶ σπήλυγγι κέονται.

52, 9 πυριφεγγές (Bacchi epithetum) = Arg. 244 υἱὸς πυριφεγγέος Ἠελίοιο; cf. Lith. 177 πυριφεγγέος ἀμβρότου αἴγλης.

55, 23 Θυιὰς ἐπ' αἰγιαλοῖς ψαμαθώδεσιν = Arg. 633 καλούς τ' ἐς λιμένας ψαμαθώδεας εἰσεπέρησε, κέλσε δ' ἐπ' αἰγιαλῷ; 334 ψαμαθώδεας ἀκτάς.

68, 11 μόλε μυστιπόλοις ἐπιτάρροθος αἰεὶ = Arg. 346 μολεῖν ἐπιτάρροθον ὅρκων; cf. Il. *E* 828 ἐπιτάρροθός εἰμι (*Y* 453 similiter).

73, 9 βιοτῆς γλυκερὸν τέλος ἐσθλὸν ὀπάζοις = Arg. 3 σὺ δέ μοι κλέος ἐσθλὸν ὀπάσσαις. Sed cf. p. 34.

78, 11 καὶ εἰναλίων πολυεθνῶν = Arg. 430 ἀνθρώπων πολυεθνέα φύτλην.

80, 2 χιονώδεος ἔλθ' ἀπὸ Θρήκης (in exitu versus) = Arg. 1373 ἐσύθην χιονώδεα Θρήκην (in exitu versus).

Addamus nunc, ut facere consuevimus, eas voces, quae apud alios scriptores non exstant. In Argonauticis et hymnis Orphicis solis leguntur:

1, 3 *τυμβιδίην* (epithetum Hecatae; 72, 5 Fortunae) = Arg. 577 *τυμβιδίου ἐπ' ἀγῶνος.*

18, 12 *ἁγνοπόλου Δημήτερος* = Arg. 38 *ἁγνοπόλου τε καθαρμόν* (altera huius versus pars — *ἐπιχθονίοις μέγ' ὄνειαρ* — ut supra (p. 23) ostendimus, in prooemium hymnorum immigravit).

29, 20 *καὶ εὐδύνατον Πλούτωνα* et 84, 1 *εὐδυνάτοιο Κρόνου θύγατερ* aliisque hymnorum locis = Arg. 17 *Βριμοῦς τ' εὐδυνάτοιο γονάς.*

54, 4 *ἁγνοτελές* (Sileni epithetum) = Arg. 549 *Θέμιν ἁγνοτελῆ.*

66, 10 *πρὸς εὐιέρους ἐπιλοιβάς* (in exitu versus) = Arg. 603 *εὐοίνοις ἐπιλοιβαῖς* (in exitu versus) et 547 *ἠδ' ἐπιλοιβὰς δοῦναι ὑποχθονίοις.*

Quin etiam totum versum poeta hymnorum Orphicorum ex Argonauticis in carmina sua transtulit:

h. 69, 2 *Τισιφόνη καὶ Ἀλληκτὼ καὶ δῖα Μέγαιρα* = Arg. 968. Hunc versum non ex hymnis in Argonautica immigrasse ex eo cognoscitur, quod in carmine epico multo artius cum versibus antecedentibus coniunctus est quam in hymno.

Praeterea afferendum est:

85, 1 *Ὕπνε, ἄναξ μακάρων πάντων θνητῶν τ' ἀνθρώπων* = Arg. 1004 *κλῆξα γὰρ ὕπνον ἄνακτα θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων.* Qui uterque versus imitatur Homeri Ξ 232 *Ὕπνε, ἄναξ πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων.* Non casu mihi ambo poetae Homerum imitantes in eundem versum videntur incidisse, sed alter alterius exemplum secutus.

Praeter illos locos Argonautica hymnis priora fuisse mihi versus contaminati videntur probare, quorum nonnullos adnotavi (19, 15; 38, 18; 39, 8). Cum in ceteris quoque versibus Argonauticorum, quos exscripsi, omnia optime suum locum teneant, vix quisquam dubitabit quin Argonautica priora sint hymnis.

§ 20. De vocabulis Nonnianis.

Nunc nos ad Nonnum vertamus atque quaeramus, num cum huius quoque poetae illis temporibus illustrissimi carminibus hymni congruant. Ac revera non paucos locos uterque poeta communes praebet:

prooem. 22 ἠδ' ἄγγελον Οὐρανιώνων = Nonn. D. 26, 361 καὶ ἄγγελος Οὐρανιώνων (utrumque in exitu versus).

5, 4 ὑψιφανὴς Αἰθήρ = Nonn. D. 2, 120 ὑψιφανῆ δὲ οὔρεα; 21, 335 ὑψιφανὴς Διὸς ὄμβρος; Io. 19, 115 ὑψιφανῆ Ἰησοῦν. Praeterea hanc vocem apud Bacchylidem (cf. p. 13) solum inveni.

5, 5 ἀγλαὸν ὦ βλάστημα (Aetheris epithetum) et 13, 6 et 79. 2 Γαίης τὸ βλάστημα (in initio versus) = Nonn. D. 3, 366 αἰθέριον βλάστημα (in initio versus).

7, 11 μαρμαρυγαῖς στίλβοντες = Nonn. D. 33, 24 μαρμαρυγὴν στίλβουσαν (utrumque in initio versus).

10, 3 πανδαμάτωρ, ἀδάμαστε, κυβερνήτειρα, παναυγής (epitheta Naturae) contaminatum ex Nonn. D. 2, 223 πανδαμάτωρ, ἀδάμαστος, Ἔρως et 48, 416 παρθένε, πανδαμάτειρα, κυβερνήτειρα γενέθλης.

10, 7 ἄψοφον ἀστραγάλοισι ποδῶν ἴχνος εἱλίσσουσα contaminatum est ex Nonn. D. 3, 54 ἄψοφον ἴχνος . . . ἤγαγεν Ὕπνος ἀλήτης et D. 27, 275 ὀπίστερον ἴχνος ἑλίσσων (compluribus locis similiter).

10, 12 πάντροφε κούρη (in exitu versus) et 26, 2 πάντροφε (Γαῖα) = Nonn. D. 44, 191 πάντροφε Μήνη (in exitu versus).

10, 22 ἀενάῳ στροφάλιγγι (in initio versus) = Nonn. Io. 12, 199 ἀενάῳ στροφάλιγγι (in initio versus).

10, 26 ἄτρομε, πανδαμάτειρα (in initio versus). Vocabulum πανδαμάτειρα a Nonno persaepe in eadem versus sede ponitur velut 25, 322 Ῥείην πανδαμάτειραν; 47, 609 Ἥρη πανδαμάτειρα; 48, 381 δαίμων πανδαμάτειρα; 48, 416 παρθένε πανδαμάτειρα.

11, 4 περίδρομε, σύνθρονος Ὥραις = Nonn. Io. 1, 4 ἀτέρμονι σύνθρονος ἕδρῃ (utrumque in exitu versus).

15, 2 μαρτυρίην τιθέμεσθα = Nonn. Io. 5, 157 μαρτυρίην βοόωσιν (utrumque in initio versus).

16, 10 et 55, 16 καλῷ γήθουσα προσώπῳ; 49, 7 ἱερῷ γήθουσα προσώπῳ = Nonn. D. 4, 281 ὅλῳ στίλβουσα προσώπῳ

(omnia in exitu versus): ex eo, quod haec vox apud Nonnum multo melius adhibita est quam in hymnis, Nonnum priorem esse censendum est.

18, 2 *Ταρτάριον λειμῶνα* = Nonn. D. 36, 104 *Ταρταρίῳ κευθμῶνι* (utrumque in initio versus).

18, 7 et 84, 5 *θνητῶν στήριγμα κραταιόν* (in exitu versus) = Nonn. D. 40, 451 *ὅλον στήριγμα δεχέσθω* et 43, 30 *ποδὸς στήριγμα κολάψας* (in exitu versus).

19, 3 *παμμακάρων ἕδρανον θείαις βροντῆσι τινάσσων*; 26, 4 *ἕδρανον ἀθανάτου κόσμου* = Nonn. D. 2, 214 *ἤδη γὰρ σταθεροῖο τινάσσεται ἕδρανα κόσμου*; 3, 203 *κατέκλυσεν ἕδρανα κόσμου*.

19, 9 *βρονταῖον, ἀνίκητον βέλος ἁγνόν* et 21, 3 *βρονταῖαι . . . νεφέλαι*: vocabulum *βρονταῖος* permultis locis apud Nonnum exstat velut D. 8, 308 *μέλος βρονταῖον Ἐρώτων*; 14, 406 *παιάγοισιν*; 20, 346 *κέλαδον*; 351 *τύπον*; 36, 91 *κελάδημα*: alibi.

19, 16 *αἰθέρος ἐν γυάλοισι· διαρρήξας δὲ χιτῶνα* contaminatum est ex Nonn. D. 2, 637 et 9, 254 *διαρρήξασα χιτῶνα* et Procl. h. 7, 12 *αἰθέρος ἐν γυάλοισι*. Hae voces apud Nonnum atque Proclum in eisdem versuum sedibus positae sunt quibus in hymnis et optime ad locos, quibus leguntur, quadrant; eas a poeta hymni tantum contaminatas esse ex ea quoque re apparet, quod hemistichium quod huic versui antecedit, *σμαραγεῖ δὲ κεραυνὸς* Arg. 970 imitatur [1]).

20, 5 et 73, 2 *Δία παγγενέτην* = Nonn. Io. 1, 106; 5, 171; 12, 154 *παγγενέταο θεοῦ*. Praeterea hanc vocem apud Proclum solum legi, quem eam ex Nonno hausisse veri simile est.

24, 2 *φρικαλέαι, βύθιαι, χοροπαίγμονες, ὑγροκέλευθοι* (Nereidum epitheta) = Nonn. D. 20, 354 *τὸν δὲ Θέτις βυθίη* (in initio versus); D. 2, 57 *Νηιὰς ὑγροκέλευθος*.

27, 3 *ταχύδρομον ἅρμα λεόντων*: contaminatum ex Nonni D. 29, 365 *ἅρμα ταχύδρομον* (*ταχύδρομον* in eadem versus sede; hoc vocabulum praeterea solum apud scriptores Byzantinos legitur) et 37, 339 *ἀλίδρομον ἅρμα γεραίρων* et 40, 261 *μεταγάστιον ἅρμα λεόντων*.

1) Cf. p. 24.

32, 5 *νάπησί τε σὴν φρένα τέρπεις* = Nonn. D. 7, 61 *ὅπερ μακάρων φρένα τέρπει.*

32, 12 *ὀλέτειρα Γιγάντων* : contaminatum ex Nonn. D. 8, 67 *Τιτήνων ὀλέτειραν* et 48, 43 *ὀλετῆρα Γιγάντων.*

36, 3 *λοχείη* (in exitu versus, Dianae epithetum) = Nonn. Io. 3, 16 *κέντρα τελεσσιγόνοιο λοχείης* aliisque locis.

38, 18 *ἐκ ῥιζῶν ἐς χθόνα πίπτει* = Nonn. D. 42, 289 *ὅτε δρόσος εἰς χθόνα πίπτει* (cf. Arg. Orph. 995—997). Cf. p. 25.

39, 4 *φαντασιῶν ἐπαρωγόν, ἐρημοπλάνον Κορύβαντα* = Nonn. 3, 62 *καὶ στίχες εὐπήληκες ἐρημοπλάνων Κορυβάντων* : adeo alterum hemistichium apud Nonnum suo loco stat, ut hanc vocem, quae in hymno cum priore versus parte male coniuncta est, ex Nonno in hymnum immigrasse satis consentaneum sit.

40, 14 *ἅρμα δρακοντείοισιν ὑποζεύξασα χαλινοῖς* : contaminatum ex Nonn. D. 16, 143 *πόρδαλιν ἠὲ λέοντας ὑποζεύξασα χαλινῷ* et 4, 396 *δρακοντείοισι καρήνοις.*

41, 10 *ἐλθεῖν εὐάντητον* (alibique similiter) = Nonn. D. 27, 178 *ἔσσομαι εὐάντητος*; 35, 316 *ἵλαον εὐάντητον* (omnia in inito versus).

42, 6 *εἴτε . . . ἐν Φρυγίῃ . . . μυστιπολεύεις* = Nonn. D. 33, 229 et Io. 2, 23 *ὄργια μυστιπόλευεν*; D. 30, 122 *Ἄιδι μυστιπόλευε.* Praeterea verbum *μυστιπολεύειν* apud Musaeum (142) solum inveni.

45, 4 *θυρσεγχής* (in initio versus, Bacchi epithetum) a Ruhnkenio restitutum pro *θυρσεχθής*; haec coniectura stabilitur loco Nonni D. 42, 404 *θύρσον ἔχοις ἐμὸν ἔγχος* (in initio versus).

†49, 1 *εὐάδα κούρην* (in exitu versus) = Nonn. D. 43, 98 *εὐάδι Βάκχῃ*; D. 40, 226 *εὐάδι φωνῇ* (in exitu versus).

50, 8 *λύσιε, θυρσομανής* (epithetum Bacchi) = Nonn. D. 18, 309 *θυρσομανὴς Διόνυσος.* Alio loco hoc vocabulum non exstat nisi apud Euripidem Phoen. 798. Cf. p. 16.

51, 9 *οὐρεσίφοιτοι (νύμφαι)*; 52, 10 *οὐρεσίφοιτος* (de Baccho dictum) = Nonn. D. 34, 1 *Κούρη δ' οὐρεσίφοιτος*; 43, 110 *Πὰν ἐμὸς οὐρεσίφοιτος*; 48, 310 *Ἄρτεμις οὐρεσίφοιτος* (aliis locis similiter).

51, 10 *κρουνίτιδες ὑλονόμοι τε* (de nymphis dictum, in exitu versus) = Nonn. D. 21, 107 *ὑλονόμοι γὰρ . . . Νυσιάδες . . . γυναῖκες.*

51, 4 *κοῦραι Ἁμαδρυάδες* = Nonn. D. 46, 192 *Νύμφαι Ἁμαδρυάδες με καλύψατε* (17, 311 similiter, omnia in initio versus): cum haec vox apud Nonnum artius cum versus contextu cohaereat quam in hymno, in quo tantum inter cetera Nympharum epitheta legitur, Nonni versum priorem esse existimandum est.

52, 4 *θυρσοτινάκτα* = Nonn. D. 24, 158 *θύρσα τινάσσων* (utrumque in exitu versus).

†53, 10 *καρποῖσι τελεσσιγόνοισι* = Nonn. D. 27, 317 *τελεσσιγόνου . . . Γαίης* permultisque aliis locis similiter.

55, 8 *γαμοστόλε, μῆτερ ἐρώτων* (in exitu versus): contaminatum ex Nonn. D. 16, 59 *γαμοστόλον ἄστρον ἐρώτων;* 25, 153 *γαμοστόλος ἑσμὸς Ἐρώτων;* 33, 42 et alibi *φυτοσπόρε μῆτερ Ἐρώτων* (de Venere dictum).

59, 17 *ἀμετάτροποι, αἰὲν ἀτειρεῖς* (scil. *Μοῖραι*, in exitu versus) = Nonn. D. 38, 218 *ἀμετάτροπα νήματα Μοίρης* (in exitu versus).

60, 3 *Εὐφροσύνη πολύολβε* (in initio versus) = Nonn. D. 33, 254 *Μαιονίη πολύολβος* (eodem versus loco).

60, 4 *χαρμοσύνης γενέτειραι, ἐράσμιαι, εὔφρονες, ἁγναί* = Nonn. D. 46, 351 *Ἁρμονίης γενέτειραν ἀνιάζων Ἀφροδίτην.* His quoque locis cum voces, de quibus agitur, apud Nonnum melius quam in hymno cum reliquis versus partibus coniunctae sint, Nonnum usurpatum esse censebimus.

61, 5 *βροτοὶ ζυγὸν αὐχένι θέντες* (in exitu versus) = Nonn. D. 21, 31 *ὁμόζυγον αὐχένα δεσμῷ* (versum claudens).

62, 4 *τιμωρὸς ἐπιβρίθουσα δικαίη* (in exitu versus) = Nonn. 47, 480 *βαρύμηνις ἐπιβρίθουσα Λυαίῳ* (in exitu versus).

73, 2 *βιοδώτορα θνητῶν* = Nonn. Io. 10, 133 *βιοδώτορι μύθῳ* (utrumque in exitu versus). Vocabulum *βιοδώτωρ* praeterea apud Iulianum Aegyptium et Paulum Silentiarium legitur.

74, 5 *πελαγοδρόμος ἄστατος ὁρμή* (in exitu versus) = Nonn. D. 26, 315 *τινάσσεται ἄστατος οὐρή;* (cf. Maneth. 4, 126 *Σεληναίης ἑλικοδρόμος ἄστατος ἀστήρ*); Nonn. 37, 696 *τεθηπότες ἄστατον ὁρμήν* (omnia in exitu versus).

79, 4 *Δελφικῷ ἐν κευθμῶνι* = Nonn. 36, 104 *Ταρταρίῳ κευθμῶνι.*

82, 4 *γέρας ἠερόφοιτον* = Nonn. D. 5, 492 *ζόφος ἠερόφοιτος;* 13, 527 *ῥόον ἠερόφοιτον;* 30, 239 *σέλας ἠερόφοιτον* (non paucis locis similiter).

88, 6 πυραυγέα κύκλον ἑλίσσων = Nonn. D. 1, 182 πυραυγέος ὑψόθι κύκλου; 8, 287 πυραυγέα πομπὸν ἐρώτων.

Sequantur hic quoque ea vocabula, quae nisi apud utrumque poetam non exstant. Exscripsi haec:

†1, 8 οὐρεσιφοῖτις (Hecatae epithetum) = Nonn. D. 9, 76 οὐρεσιφοῖτις . . . Ἀγαυή.

†3, 3 ἀστεροφεγγής (epithetum Noctis; 5, 5 Aetheris) = Nonn. D. 1, 465 ἀστεροφεγγέϊ κύκλῳ; 5, 144 ἀστεροφεγγέϊ νώτῳ.

†32, 10 πολεμητόκε (Minervae epithetum) = Nonn. D. 4, 425 πολεμητόκον αὔλακα γαίης; 27, 2 πολεμητόκος ἠώς; 40, 86 πολεμητόκον ὕδωρ.

51, 2 ὑγροπόροις γαίης ὑπὸ κεύθεσιν. Vocabulum ὑγροπόρος persaepe apud Nonnum exstat velut D. 10, 123 δαίμοσιν; 40, 471 πέτρης ὑγροπόροιο; 43, 198 βασιλῆος; alibi.

†53, 7 et 56, 5 ἐνὶ κυκλάσιν ὥραις = Nonn. Io. 11, 33 κυκλάδες ὧραι; 2, 22 πυμάτης δρόμος ἤλυθε κυκλάδος ὥρης (omnia in exitu versus).

Illis locis, quibus Nonnum priorem esse ostendimus, et magno numero versuum contaminatorum (cf. h. 10, 3 et 7; 19, 16; 27, 3; 36, 3; 40, 14; 55, 8) satis mihi videtur demonstratum non Nonnum poetae Orphico illos locos debere, sed hunc illo usum esse.

Haec sunt vestigia poeseos epicae saeculorum p. Chr. n., quae in hymnis Orphicis insunt. Apud epicos epigrammaticosque, qui post Nonni aetatem vixerunt, locos, qui cum his carminibus comparari possint, non inveni.

§ 21. De vocibus cum Synesio congruentibus.

Restat autem, ut hymnos Orphicos cum iis poetis posterioris aetatis comparemus, qui ipsi hymnos composuerunt. Ac primum Synesii hymnos examinemus atque quaeramus, num in iis cum hymnis Orphicis comparanda inveniantur. Haec autem digna sunt quae adnotentur:

10, 10 αὐτοπάτωρ, ἀπάτωρ (Naturae epithetum) = Synes. h. 3, 145—147 πατέρων πάντων πάτερ, αὐτοπάτωρ, προπάτωρ, ἀπάτωρ.

25, 8 οἵ ἔχουσιν ἕδος νιφόεντος Ὀλύμπου καὶ πόντου καὶ

γαῖαν ἐνηέριοί τε ποτῶνται = Synes. h. 4, 175—179 *σὺ δ' οὐρανίοις, σὺ δ' ἐνηερίοις, σὺ δ' ὑποχθονίοις ἔργα μερίζεις.* Formam epicam *ἐνηέριος* apud alium auctorem non inveni.

32, 10 *ἄρσην μὲν καὶ θῆλυς ἔφυς*; 42, 4 *ἄρσενα καὶ θῆλυν* = Synes. h. 2, 64 *σὺ δὲ ἄρρην, σὺ δὲ θῆλυς.*

52, 7 *χοροιμανές, ἡγέτα κώμων* fortasse contaminatum est ex Maxim. de ausp. 496 *χοροιμανέος Ἰοβάκχου* (cf. supra p. 20) et Synes. h. 3, 309 et 400 *ἡγέτα κόσμων.*

55, 23 *ἅλματι κούφῳ* = Synes h. 1, 110.

61, 12 *ἀλλοπροσάλλας (γνώμας)* = Synes. h. 3, 683 *στυγέω δὲ νόμους ἀλλοπροσάλλους.* Nonnus similia multis locis praebet.

Hymnos Synesii cum Orphicis comparantes non tot locos invenimus, e quibus uter poeta prior fuerit appareat. Maxime e versibus h. 10, 10 = Syn. 3, 145—147 et h. 32, 10 = Syn. 2, 64, quibus locis voces, de quibus agitur, Synesius multo aptius praebet quam auctor hymnorum, putaverim concludi posse Synesium exemplari fuisse. Quae sententia praeterea eo valde probatur, quod Synesius multo melior poeta fuit quam ut ei ad hymnorum Orphicorum versificatorem recurrere opus esset. Huc accedit, quod poeta Orphicus, id quod satis ostendimus, tot alios poetas exscripsit atque usurpavit, ut his quoque locis eum compilatorem quam compilatum esse veri similius sit.

§ 22. De vocabulis cum Proclo comparandis.

Postremo hymnos Orphicos cum Procli hymnis comparemus, id quod eo magis poscitur, quod utrumque hymnorum corpus eodem versu heroico compositum est. Wilamowitzius ipse intellexit in Procli hymnis locos cum poeta Orphico congruentes inesse; affirmat enim [1]) Proclum carmina sua componentem et hymnis Homericis et Orphicis usum esse. Quod de hac sententia iudicandum sit, infra docebimus. Nunc enumeremus ea, quae uterque poeta communia habet:

6, 6 *σκοτόεσσαν ἀπημαύρωσας ὁμίχλην* contaminatum est ex Arg. Orph. 521 *κατὰ σκοτόεσσαν ὁμίχλην* et Procl. h. 4, 6 *νεύσατ' ἐμοὶ φάος ἁγνὸν ἀποσκεδάσαντες ὁμίχλην.* Cf. p. 23.

[1]) *Sitzungsberichte der Berliner Akademie der Wissenschaften 1907, p. 272 sqq.: Die Hymnen des Proklos und Synesios.*

8, 18 ὄμμα δικαιοσύνης et 62, 1 ὄμμα Διὸς μέλπω πανδερκέος = Procl. h. 1, 38 θοὸν ὄμμα Δίκης, ἣ πάντα δέδορκεν.

9, 7 πανδερκής (epithetum Lunae et 61, 2 Nemeseos) = Procl. h. 7, 17 πανδερκοῦς Ἑκάτης (omnia in exitu versus).

10, 5 κυδιάνειρα (de Natura dictum) = Procl. h. 7, 23 χθόνα βωτιάνειραν.

10, 22 θοὸν ῥύμα δινεύουσα = Procl. h. 1, 4 ῥύμα πλούσιον ἐξοχετεύων. Apud alium scriptorem vocem ῥύμα non legi.

12, 13 ἀστυφέλικτος (epithetum Herculis, in exitu versus) = Procl. h. 1, 15 Μοιράων χορὸς . . . ἀστυφέλικτος (in exitu versus).

15, 1 Ζεῦ ἄφθιτε = Procl. h. 6, 3 Ζεῦ ἄφθιτε (in eadem versus sede). Sed cf. § 6 p. 13.

16, 7 πάντων γὰρ κρατέεις μούνη πάντεσσί τ' ἀνάσσεις; 68, 10 πάντων γὰρ κρατέεις μούνη καὶ πᾶσιν ἀνάσσεις = Procl. h. 1, 17 περὶ γὰρ κρατέεις, περὶ δ' ἶφι ἀνάσσεις.

19, 16 αἰθέρος ἐν γνάλοισι = Procl. h. 7, 12 αἰθέρος ἐν γνάλοισι (utrumque in initio versus); cf. Oppian. Hal. 1, 281 αἰετὸς αἰθερίοισιν ἐπιθύων γνάλοισιν. Posteriorem partem versus hymni Orphici 19, 16 διαρρήξας δὲ χιτῶνα Nonno deberi supra ostendimus [1]).

23, 8 πέμπε δὲ μύσταις ὄλβον τ' εἰρήνην τε καὶ ἠπιόχειρον ὑγείην; 84, 8 ὄλβον ἐπιπνείουσα καὶ ἠπιόχειρον ὑγείην; 29, 18 εἰρήνῃ θάλλουσα καὶ ἠπιοχείρῳ ὑγείῃ = Procl. h. 1, 42 σώματι δ' ἀρτεμίην τε καὶ ἀγλαόδωρον ὑγείην (scil. ὀπάζοις) et 7, 43 δὸς γνάλοις μελέων σταθερὴν καὶ ἀπήμον' ὑγείην [2]). Qui tantum hos versus semel perlegerit, statim intelleget vocabulum ὑγείην apud Proclum, cum utroque loco de corpore et artubus agatur,

---

[1]) Cf. p. 28.

[2]) In hymn. Orph. 23, 8 codices praebent: ὄλβον εἰρήνην τε καὶ ὀλβιόχειρον ὑγείην. Ruhnkenius librarium oculis ad ὄλβον aberrantibus ὀλβιόχειρον pro ἠπιόχειρον scripsisse ratus et h. 84, 8 respiciens in textu posuit ἠπιόχειρον ὑγείην, quod Hermannus mutavit in ἠπιόχειρ' ὑγίειαν. In h. 84, 8 codicum lectio est καὶ ἠπιόχειρον ὑγείαν, pro qua Porsonus scripsit καὶ ἠπιόχειρ' ὑγίειαν. Lectiones codicum servandas vel non multum mutandas esse censeo comparans illos locos Procli, quos modo in textu adnotavi. Quamobrem in hymno 23, 8 defendendam esse puto emendationem Ruhnkenii καὶ ἠπιόχειρον ὑγείην atque eandem lectionem restituendam in h. 84, 8. In h. 29, 18 codices praebent καὶ ἠπιόχειρ ὑγίεια, quod Piersonus in ἠπιοχείρῳ ὑγείᾳ, Hermannus in ἠπιόχειρ' ὑγιείᾳ corrigendum esse putavit; quod equidem iisdem de causis mutandum censeo in ἠπιοχείρῳ ὑγείῃ.

multo melius ad sensum versuum quadrare quam apud poetam hymnorum. Quae res mihi videtur demonstrare has voces prius a Proclo scriptas, deinde a poeta Orphico forma paulum mutata in hymnos translatas esse.

29, 7 *ἀρρήτοισι γοναῖς*; 30, 7 *ἀρρήτοις λέκτροισι τεκνωθείς* = Procl. h. 1, 14 *ἀπ' ἀρρήτου γενετῆρος*; 7, 14 *βουλῇσιν ὑπ' ἀρρήτοισι τοκῆος*.

38, 3 *ζῳογόνοι πνοιαί* = Procl. h. 1, 10 *ζῳογόνους ... ῥαθάμιγγας*.

40, 19 *καὶ εὐνομίην ἐρατεινήν* (in exitu versus) = Procl. h. 7, 48 *εὐφροσύνην ἐρατεινήν* et 1, 45 *ἀπ' εὐσεβίης ἐρατεινῆς* (utrumque in exitu versus).

54, 10 *ὄργια νυκτιφαῆ τελεταῖς ἁγίαις ἀναφαίνων* = Procl. h. 4, 15 *ὄργια καὶ τελετὰς ἱερῶν ἀναφαίνετε μύθων*.

57, 3 *Διωνύσοιο γένεθλον* = Procl. h. 1, 20 *βαρυφλοίσβοιο γενέθλης*; 3, 14 *πολυπλάγκτοιο γενέθλης* (omnia in exitu versus).

58, 2 *πτερόεντα* (*Ἔρωτα*) = Procl. h. 2, 3 *πτερόεντες . . . Ἔρωτες* (eodem versus loco).

58, 4 *πάντων κλῇδας ἔχοντα* = Procl. h. 1, 3 *αὐτὸς ἔχων κληῖδα*.

67, 3 *ἠπιόδωρος* (Aesculapii epithetum) = Procl. h. 1, 21 *μειλιχόδωρος . . . Παιήων*.

70, 2 *θυγατέρες μεγάλοιο Διός* = Procl. h. 3, 2 *θυγατέρας μεγάλου Διός* (in eadem versus sede).

70, 6 *ἀπαστράπτουσαι ἀπ' ὄσσων αἴγλην* = Procl. h. 7, 31 *φάος ἁγνὸν ἀπαστράπτουσα προσώπου*. Cf. Opp. cyn. 3, 479 *αἴγλην παμφανόωσαν ἀπαστράπτουσιν ὀπωπαί*; Mus. 56 *μαρμαρυγὴν ἀπαστράπτουσα προσώπου*; Pallad. Anth. Pal. 9, 399 *ἀπαστράπτων βροτοφεγγέα πάνσοφον αἴγλην*.

73, 9 *βιοτῆς τέλος ἐσθλὸν ὀπάζοις* contaminatum est ex Arg. Orph. 3 *σὺ δέ μοι κλέος ἐσθλὸν ὀπάσσαις* et Procl. h. 1, 40 *ψυχῇ μὲν φάος ἁγνὸν ἐμῇ πολύολβον ὀπάζοις*. Cf. p. 25.

78, 1 *φαεσίμβροτον ἦμαρ* = Procl. h. 1, 41 *ἀχλὺν . . . ὀλεσίμβροτον*.

88, 1—3 *χρυσεοπήληξ*, || *ὀβριμόθυμε*, *φέρασπι*, *πολισσόε*, *χαλκοκορυστά*, || *καρτερόχειρ*, *ἀμόγητε*, *δορισθενές* = Procl. h. 7, 2—4 *ἀρσενόθυμε*, *φέρασπι*, *μεγασθενές*, *ὀβριμοπάτρη*, . . . *δορυσσόε*, *χρυσεοπήληξ* (quod translatum est ex Callim. Lav. Pall. 43 *ἔξιθ'*, *Ἀθηναία*, *περσέπτολι*, *χρυσεοπήληξ*). Cf. p. 19.

Haec hymni Procli cum Orphicis communia habent. Hymnos

Orphicos posteriores esse iam supra ostendimus et adnotationibus ad vicesimum tertium hymnum factis et contaminatis versibus enumeratis (cf. 6, 6; 19, 16; 73, 9). Accedunt nonnulla alia argumenta, ex quibus idem cognoscere possimus: primum quod Proclus, ut Synesius, non tantillus poeta fuit, ut ei in hymnis componendis ad Orphicorum carminum versus a Musis alienos et invita Minerva scriptos profugiendum esset; deinde quod poeta Orphicus alios quoque poetas tantopere usurpavit vel imitatus est, ut multo credibilius sit eum Proclo locos, quos uterque communes praebet, debere quam hunc illi; postremo quod Proclus hymnos Orphicos nullo loco nominat, id quod eo gravius est, quod tot alios libros Orphicos citavit et tot fragmenta Orphica nobis servavit. Veri simile autem mihi non videtur eum de hymnis solis plane taciturum fuisse, si eos tanti aestimavisset, ut in suis hymnis componendis tot locos ex iis exscriberet. Immo haec omnia solum explicantur, si poetam Orphicum Proclo usum esse censemus.

Quibus argumentis quid de hac quaestione iudicandum sit, satis docuisse mihi videor. Improbandam igitur censeo sententiam argumentis non stabilitam Wilamowitzii (cf. p. 32 not. 1), qui hymnos Orphicos Proclo vetustiores iudicat.

Iam omnia quae investigavimus breviter colligamus:; poeta Orphicus non solum Homerum, Hesiodum, Callimachum, sed etiam Maximum et Manethonem, Argonauticorum auctorem et Nonnum, Synesium et Proclum compilavit. E quibus imprimis de Nonno et Proclo pauca addam. Nonnum usurpatum esse scire praecipue idcirco nostra interest, quod regulas metricas Nonnianas a poeta Orphico repudiatas esse supra (p. 2 sq.) ostendimus atque docuimus hymnos propterea Nonno vetustiores esse non debere. Quod nunc videtur comprobatum esse. Sed etiam maioris ponderis illud est, quod poeta Proclo usus est, cum hac re nobis terminus, post quem hymni compositi sint, praebeatur. Terminum ante quem illud exhibet quod poetarum epicorum Nonno posteriorum nullus locus usurpatus est.

Reliqua propediem in
commentationum quae inscriptae sunt
Breslauer Philologische Abhandlungen
fasciculo 43
edentur.

Vita

Natus sum Maximilianus Hauck a. d. VIII. Id. Febr. anno 1887 Beutheniae, quod oppidulum situm est in regionibus Freystadtiensibus, patre Alberto vectigalium coactore, quem tertium iam annum mihi morte ereptum lugeo, matre Hulda e gente Weber, quam superstitem esse valde gaudeo. Fidem profiteor catholicam.

Tirocinio litterarum in schola publica peracto anno 1896 in progymnasium Striegaviense receptus paucis annis post domicilio patris Strehleniam translato ibidem anno 1905 maturitatis testimonium accepi.

Deinde hanc universitatem Vratislaviensem petii, ubi per decem semestria studiis philologicis et philosophicis operam navavi; audivi docentes hos viros doctissimos:

Baumgartner, Cichorius, Foerster, Freudenthal †, Hoffmann, Hönigswald, Kuehnemann, Muther †, Norden, Skutsch, Stern, v. Wenckstern, Wendland, Zacher †.

Sodalis fui per quattuor semestria proseminarii philologici, per tria seminarii moderantibus Foerstero, Skutschio, Wendlando. Ad exercitationes proseminarii et seminarii archaeologici admissus sum a Foerstero, seminarii philosophici a Baumgartnero, Hönigswaldo, Kuehnemanno, seminarii psychologici a Sternio, historici a Cichorio.

Quibus viris doctissimis omnibus gratias ago quam maximas, imprimis vero Foerstero, qui benigno consilio hanc dissertationem augere semper paratus fuit.

Typis Maretzke et Maertin, Trebniciae Sil.